Secundo, nota quod quamvis arguendo contra istos videatur peccari in forma procedendo a confusa ad determinata, sic omnia sunt unum ens quod est substantia, ergo vel homo, vel equus non tamen id facit, quia ex concessis ab illis arguit, illi vero non dicebant omnia esse unum ens, quod ei principia in generice vel specificē, sed determinatē & in singulari, non enim ita insipienter genera, aut species vniuersalis ponebant principia entis Physici & realis, & ita arguit a determinato ad eius partes, sicut si quis diceret omnis homo est aliquod visibile, bene contra eū fieret

*S*eret de censu sic, ergo vel hoc crißibile ita Arist. omnia sunt unum ens determinatum, ergo vel hoc, vel illud.

Tertio, nota quod in alio sensu Porphyry, vocat accidentis separabile, quando scilicet realiter separatur à substantia per sui corruptionem, manente substantia incorrupta, Arist. autem hic vocat separabile illud, quod non tantum separatur à substantia, sed manet incorruptum extra illam, immo, hoc est propriè separari, (nam primum potius est non manere, aut corrupti) & hoc modo nullum accidentis, sive proprium, sive commonitatem, potest realiter existere extra substantiam modo naturali.

Quarto, nota quod differentia inter substantiam & accidentis quantū ad separabilitatem sit in hoc, quod eadem numero singularias substantias potest separari ab aliquibus accidētibus, itavt naturaliter possit manere sine aliquibus, quibus fuit realiter semel coniuncta qualiter manet idem homo sine calore quem ante habuit. At nullum accidentis nōgulare potest manere naturaliter sine substantia: cui fuit coniunctum. Secunda differentia, quod infra latitudinem substantiae potest dari aliqua quæ sit naturaliter absq; omni accidenti, scilicet diuina, at in accidētibus ē contra cōtingit, vnde absolute substantia potest vocari separabilis, accidentis vero omne inseparabile.

Quinto, nota quod quāquis text. 16. solum Arist. numeravit tres unitates sūt tamen aliæ scilicet analogica & generica illas tamen solum adduxit, de quibus erat vero simile quod Parm. & Melis. loquerentur, quia certum erat eos non loqui de unitate analogica, quia sic & verū dicenter, & ab Arist. non dissentient, nec de genericā cum sit unitas rationis.

C A P . III . S V M M A T E X . in quo solvuntur rationes Parme.

¶ Melissi.

I Ntentum philosophi in hoc capitulo primo soluere rationes Parmenidis &

Melis. & primo soluit huius argumentū inquit ergo ratio Melis. magis est ostendere, quā Parm. quia plus laboris, & minus difficultatis habet, quæ talis est, omne quod est factum habet principium, ergo quod nō est factum non habet principiū; ergo nec finis, & cōsequēter est infinitū, tale autē est ens, cū nec fiat ex nihilo, ne que ex aliquo ente p̄supposito, quia quod p̄supponitur non sit, ergo est infinitū, etiā unum, quia tale omnia cōtinet cōsequitur immobile, quia replet omne locū, mobile, aut nō debet omnia replere. Sed priorē deserere, vt posteriorē repleat. Hanc ergo rationem solvit dicens quod peccat & in materia, quia assumit p̄positiones falsas, nā principiū duplex est, aliud durationis, & est primum in instantiis in quo res incipit esse, aut illi immediatum tempus, de hoc autem non loqueretur Melis. sed solum infinitum secundū magnitudinem ponebat, immo hoc nō coligeret, nam anima rationalis facta est, & habet principiū durationis, & non finem, & similiter Angeli, aliud vero est principiū magnitudinis, scilicet prima pars illius quod sit, vt cor in animali, & de hoc Melis. existimat omne factum habere principiū, hoc modo, sed falsum ostēdit Arist. in illuminatione, i. quia nō datur aliqua prima pars aeris illuminata, sed omnes simul, similiter, in congelatione aquæ, nulla pars aquæ prima cōgelatur. Sed simul omnes, ob quod istæ mutationes, licet siant successiue vocantur momētaneæ, quia tota magnitudo simul mutatur, ita quod successio tantum se tenet ex parte termini acquisiti. Et nullo modo ex parte subiecti: cum omnes eius partes recipiant talē terminū, simul in eodem gradu. Secundo inquit Philos. argumentum peccat in forma, quia cōsequētia est mala ab opposito antecedētis, ad oppositū cōsequētis, verbi. q. quod est homo animal, ergo quod nō est homo nō est animal, ita arguit Melis. quod est factum habet principium, ergo quod nō est factum non habet.

secunda

text.
22. &
exqui
b° ..
siedūt
solue
re.

Secunda ratio Melis, qua ex infinitate infert omnia modam unitatem, etiam secundum rationem. Sic reprehenditur ab Aristotele: nam quamvis ex eo quod principium materiae sit infinitum sequatur quod omnia sint facta ex illo, & ita quod omnia sint unum subiecto, non tamen sequitur, quod omnia sint unum etiam ratione. Tum, quia unitas rationis non similitur a subiecto, tu etiam quia sic contraria, & contradictionia essent unum secundum rationem, quod est impossibile.

Tertio, discursus in quo ex infinitate infert immobilitatem reprehendit. 1. quia sicut aqua finita in eodem quem replet loco posset moueri localiter, ut patet in aqua vasis, & maris, in suo albedo, per partium commutationem, quia una cedit alteri, ita posset moueri aqua, etiam si esset infinita. 2. quia licet non possit moueri localiter, saltem per alterationem posset moueri, quia ad hanc non requiritur locorum diuersitas ergo male ex infinitate materiali, & quantitatua omnimodam immobilitatem.

In secunda parte soluit rationem Parmenii. scilicet, quod est praeter ens est non ens, sed non ens est nihil ergo quod est praeter ens est nihil, sed ens est unum ergo quod est praeter unum est nihil, sunt ergo omnia unum. Respondebat quod peccat in materia sumendo illam mino, falsam, scilicet ens est unum, quia ens in communi, ut sumitur in hoc discursu, tantum est unum nomine non re, cum se extendet ad primo diuersa, ut substantia & accidens, que in nullo uniuoco conueniuntur. &c. In fine capit. rufus dicit. 2. peccari in materia, quia illa minor. Sed non ens, est nihil falsa est, ut ab illo sumitur non ens, pro quo auertit Aris. quod non ens si sumatur pro negatione omnis entis, est nihil. Si tamen sumatur pro negatione entis perfecti, quod est substantia non est nihil, quia accidens, est hoc modo non ens, & tamen est aliquid, &

quia Parme, per ens, tantum intelligebat substantiam, & per non ens, non substantiam, falso dixit. Non ens esse nihil, & contra Plato vero dixit aliquid posse esse ens, & non ens. Ut accidens, quod est ens imperfectum, & non ens perfectum, quia non substantia. Similiter peccat in forma, cum non valeret in omnibus terminis similiter dispositis, ut debet valere bona consequentia: nam demus (inquit Arist.) quod omnia que sunt in mundo sunt alba non sequitur quod est praeter album est nihil, ergo omnia sunt unum, quia ipsum album includit diversa ratione secundum subiectum & albedinem. Item optima similitudo, quia sicut album dicit diversa secundum rationem, scilicet albedinem, & subiectum, quamvis sint coniuncta ita ens in communione dicit substantiam, & accidens, que sunt diversa ratione, quia ut bene A rati notat, non est idem aliqua esse coniuncta, & esse idem, aut esse diversa, & esse separata quia possunt aliqua esse diversa, licet sint coniuncta, ut albedo, & dulcedo in lacte, in quo isti Philosophi dicipiebantur.

Modo Arist. revertit ad impugnandum Parm. dicens quod cum in aliquo conueniat cum Melis, quia ponit unum principium, & immobile in hoc eandem cum illo habet impugnationem, sed quia in aliquo differt, quia istud principium ponit esse finitum, ideo in hoc peculiariter indiget impugnatione: & ideo virtus communis impugnatione, nam postquam ei his docuerat, non esse omnia unum ens: ut se extendet ad substantiam, & accidens, quia hic sunt, necessario plura. Ratione probat modo quod non sunt omnia unum ens quod est accidens; quia de ratione accidentis est quod sit in alio: ergo si extra accidens, nihil est, ergo erit inclusum, ut subiecto, & sic accidens erit nihil, aut si subiectum est aliquid: ergo iam sunt duo entia subiectum scilicet & accidentis.

Tertium membrum, quod non sit sola substantia

substantia, quia hic apta est denominari ab accidenti ergo si hoc est non ens, & nihil sequitur quod sit substantia ens & non ens quando dicitur substantia est alba, quia album accidentis est, & sic non esset maior ratio cur diceretur ens quam non ens, nec valet (inquit Arist.) dicere quod accidentis est nomine tale, scilicet substantia, sicut homo est non ens tale, scilicet equus, quia compositum sit quod omnne ens sit substantia, idem est non ens substantia, & non ens absolute, aut si non sunt idem ergo iam sunt duo entia ens substantia, & ens accidentis. Secundo, hoc idem membrum sic probat si omnia sunt unum ens quod est substantia, ergo aut est individuabile, aut si dividibile est, ergo habet proprietates in quas dividatur, sed ratione partium diversa est ratione totius ergo id est plura entia ratione, sed quia poterat aliquis dicere illas proprietates, non esse substantium, & ita in calvo posito, non esse ens & consequenter non se qui quod sunt plura entia, sed unum ens, scilicet tuni & alterum commune quod separabile est a substantio, & sic in eius definitio ne, non ponunt substantium alterum proprium quod inseparabile est, & in cuius definitione ponitur substantium. Secundo supponit partes definitientes aliquod definitum per illud definitum non posse, ut animal & rationale non definitur per hominem ex his format hanc rationem partes substantiae non definitur per illam, ergo non sunt accidentia propria illius, ergo erunt accidentia communia, consequens est falsus, quia ista sunt separabilia a substantio, ut partes a suo toto sunt, inseparabiles, aut si separabiles. Sunt & possunt alteri inherere ergo & earum tota substantia integra poterit aliis inherere, quod est absurdum, consequentia probatur, quia de quibus partes definitionis dicuntur, dicitur, & totum definitum infert ergo Aristot quod cum necessario sequatur si ens habet partes quod si plura individuabile deberet poni, ut esset unum, & hoc sit aliqui non existimant inconveniens, ut

Zeno, & Xeno erat dicentes, magnitudinem esse individuabilem, quod hic Aristot. non rejecit, vsque ad e. Physic. sicut alij inter quos Plato, non putarunt inconveniens quod ens esset non ens cocludit Aristot. caput, quod licet per ens absolute entes intelligent, quod vere est substantia, ex hoc tamē non sequitur, quod omnia sunt unum, quia præter illa sunt plura alia entis entia, scilicet accidentia.

ANNOTATIONES circa literam.

Notatur 1. quod licet in terminis cōuertibilibus, argumentū valent, nō tamē ab opposito consequētis, ad oppositum antecedentis, sed etiam ē contra, ut est homo ergo risibile non est homo, neque risibile, & ē contra, quia hic sumitur causa adæquata, in qua sicut affirmatio est causa affirmationis, ita negatio negationis, tamē in terminis non cōuertibilibus non valet ab opposito antecedentis, ad oppositum consequētis, vt si dicatur est homo ergo est animal, non est homo, ergo non est animal, quia hic sumitur causa inadæquata, qualis est homo respectu animalis vultate primo libro Periar. diximus, & quia ē factū & habere principiū durationis & magnitudinis non convertuntur siquidem aer illuminatus, & aqua congelata facta sunt, & non habent principiū in magnitudine male arguerat Melis, quod ei factū habet principiū, ergo quod non est factū nō habet principiū: nā vt bene Iauellus quādō argumentat ut ab opposito antecedentis ad oppositum consequētis argumentamur in prima figura minore existenti negatiua, quā consequētia mala est, quando vero ab opposito cōsequentis ad oppositum antecedentis arguimus in secunda figura, maiori existēti negatiua, quā consequētia est legitimā, & formalis, & ideo tenet in omnibus

F. P. de Oña, Coment.

nibus terminis, & in omni materia, ut secundo & quarto libro Summularum dicebam, prima vero solum tenet inconvertibilibus terminis, ut dictum est.

Secundo, notat quod quando Aristot. text. vigesimoquarto dixit toto quiescenti, partes posse moueridebet intelligi in toto fluido, sicut est aqua, ne sibi contrarietur, scilicet Physicorum tex. 80. dicenti quod quiescenti toto partes non possunt moueri, & s. Metaphy. tex. octau. quod continuū est, cuius motus est vnuus quibus locis aperte loquitur de toto solidō in quo quia vnae partes propter solidatem non possunt cedere alii, inde est quod non possint vnae moueri, quin omnes mouentur, & consequatur totū.

Tertio considera, quod quādo Arist. dixit accidens inseparabile definiti per subiectum. Secus vero separabile sensus est quod inseparabile à substantia quod dicitur propria passio definitur per aliquod subiectū determinatum, utpote per illud, ex cuius radice & essentia pululat illum: namque respicit peculiari quadam, & intrinseca habitudine, ut capite quarto, praedicabilium dicebam, accidens vero separabile ab essentia sive tale sit inseparabile ab individuis, ut albedo à signo, sive ab eis separabile, ut calor ab aqua, quod dicitur accidens communis: seu quinti praedicabilis non definitur per aliquod subiectū determinatum, quia cum à nullo determinato dimanet tantum illud respicit, communis quadam habitudine, scilicet & subiectū inhesionis, in quo omnia subiecta conueniunt. Et ita solum per subiectum in communis describitur, qualiter autem accidentis proprium, quod ab adiutoria, scilicet radice oritur, a communis distinguitur, qualiterque se habeat albedo, in Cigno & nigredo in corvo, & inquam dimanent à peculiari specifica complectione accidentium dixi in Logica capite de hoc, de quo circa hic text. trigesimo vbi Aristot. infert ex eo quod alii conueniunt omnes partes definitionis,

super universi. Physic. Arist.

quod debeat conueniri definitum dubit. tantum partes definitionis sunt etiam partes rei: ad quod solutionibus omissis. Respon. dicendum quod dupliciter definitio potest traddi de re naturali alia Physica per præpositiones in oblico dicens homo est animal constans corpore & animal, & de hac certum est quod partes rei sunt partes definitionis & è contra, unde nulla pars huius definitionis prædicatur de definito, in recto. Alia vero definitio tradi potest Metaphysica per genus, & differentiam, ut homo est animal rationale in qua pars homo est animal rationale in qua partes in recto de definito prædicantur, & in hac partes definitionis non sunt partes rei, sed quilibet dicit totam rem, diuersimode tamen, genus per modum materiæ in quantum scilicet gradus ille est principium operationum universaliorum, & quæ amplius valent determinari in quo materiæ determinabilitati proportionatur differētia vero per modum formæ, in quantum est principium operationum magis particularium, in qua assimilatur formæ, unde propositiones de quibus Arist. loquitur cum sint propositiones secundo modo, scilicet animal Vipes. Nam Vipes ponuntur loco differentiæ rationalis, de quo iuniores hic.

Vltimo, considerandum quod hec propositione tantum ens est unū potest facere duplēcē sensum. I. est in quo hic sumitur à Phylosophia, scilicet talū est unū quod estens, & non sunt plura, & ita est de extremo excluso. Duplēcē est omne ens est unū, & omne unum est ens, & hic sensus verus est, & tollit quæ sint plura entia sicut tollit. I. qui ideo falsus est

CAP. IIII. SVMMA
tex. referuntur aliæ Philophorum sententie.

Arist. initio cap. disputatiam contra Phylos. naturaliter loquentes. I. concedentes motum & I. corum opiniones text. 32. & referuntur ut ag.

refert, quas ad di. o capita reducit, in t.
ponit illos qui tantum vnu principiu pos-
suere, puta vnu ex tribus elemētis dē-
cta, autē aqua, (quia hāc tātum posuit. E-
siodus qui inter poetas numeratur non
inter Philosophos) Vithalus, autē aerē,
vt Anaximēdes, aut ignē, vt Heraclit⁹,
aut vaporū mediū inter aerē & ignē, ut
posuere alij in 2. ca. p. mit eos qui ponūt
plura principia, quietiam partiti sunt,
quidam enim ponūt finita: vt Empedo-
qui posuit 4. elemēta, alij posuere tria,
alij duo, vt cap. 2. huius latius dicitur, alij
vero infinita posuere, vel diversa ac-
cidentaliter, vi Denocritus, vel essentia
liter, vt Anaxag. & Anaximader, isti ta-
mē differebant ab Empedocle, qui infi-
nitias ponebat mundum genitū, & cor-
ruptū, generādum & corrumpendū, illi vero tantū ponebant mundum semel
genitum omnes tamen ponebant gene-
rationē accidentalem, media densitate
quam vocabat excessum, & media rati-
tate quam vocabant deffectum.

In 2. parte cap. text. ponit Arist. duo
fundamenta Anaxago. 1. ex nihilo ni-
hil sit, ex quo colligebant nullas esse de
nouo generationes, sed tantum quādā
alterationes accidentales, in quantum
illud principium quod præterat densabat,
aut rarefiebat, alij vero vt Anax. di-
cebant generationem solum esse Atho-
morum congregationem vnius speciei
corruptionem vero esse separationem.
Alterum fundamentum istorum erat
quodlibet sit ex quolibet, vnde colli-
gunt, quodlibet esse in quolibet, quia vi
debant res ad iauicem transmutari: vt
aqua in terram, & ē contra, vnde sic ar-
guebant, quando ex terra sit aqua, aut
ibi præterat aqua, aut nō, si non ex non
aqua, sit aqua, & consequenter ex nihilo
quod est absurdum, si i. habeo inten-
tum.

Hanc ergo sententiam, i. impugnat
infinitum, vt sic est incognoscibile, prin-
cipia autem rei naturalis secundū An-
axago. sunt infinita, ergo incognoscibi-

lia, & consequenter rerum naturaliū
nequit esset sc̄ientia, quia sc̄ientia rei ex
cognitione principiorū pender declaratur.
i. maior infinitum enim subtractione
infiniti, non potest cognosci quidditatū
& prout est in se, i. limitatio ponitur
ad declarandum quod res infinita, tecū
dum vnam rationem potest esse finita
secundum aliam, in qua quidditatiue
potest cognosci, vt a linea infinita dixi-
mus cap. de quantitate in Logica, ratio-
ne autem lineæ infinitæ, i. longitudinis
infinitæ, solū tantum nominis ethymo-
logia cognoscitur infinita, i. caret
terminis.

Secūdo arguit Arist. contra quoddam
dictum Anaxago. in quo dicebat omniū
rerum esse quādā particulas minimas,
ita, vt dividī non possint: nā cuiuscum-
que rei partes possunt esse sub minori,
& minore quantitate, ergo nō possunt
esse istæ particulæ minimæ, sub quibus
sunt omnes rei integræ: nam non quod-
cumque totum potest esse indifferenter,
sub quacumque quātitate animal enim
non potest esse sub quacumque quantita-
te, & consequenter, nec eius partes, vt ca-
ro & os, quia totum pender ex partibus
sed certa sibi determinata, pertinet quā-
titatem ipsæ partes sicut totum, quod
præcipue in ethereogeneis appareat. Ter-
tio arguit cōtra ipsum supponēs quādā
dicta illius, i. omnia sunt in omnib⁹ se-
cundū non sunt res de nouo, sed tantū
ex pluribus principiis congregantur. 3.
ex his propriis cōgregatis denominatur
res, 4. quodlibet sit ex quolibet, cum in
quodlibet lateant omnia principia, scilicet
omne finitū per ablationē finiti, rā-
de corruptiū debet intelligi per abla-
tionē partiū æqualiū, i. non se includē-
tiū: nam per ablationē partiū proportio
naliū. i. se includentium bene potest
ablatio procedere, sicut diuisio in infiniti-
tū, imo, hoc est de ratione cōtinui quod
dictū est, Arist. iaz sic arguit, sumamus
aliquam partem aquæ in qua dicis esse
particulā carnis sicut & aliarū rerū & ab-
illa

illa separetur caro, & rursus separetur, certum est, ut quando magis fiat separatio, minor pars extrahitur, & minor, ergo tandem deueniemus ad aliquam minimam carnem abstractam, qua minor extra hi non possit, nam talis separatio non potest in infinitum procedere, cum caro quæ ibi præterat esset finita, & finitum per ablationem finiti tandem consumitur quanto ergo magis ista minuitur quod amplius non possit minorari, tunc ergo ab illis inquirimus si separabilis caro, vel non si non habet intentum quod non omnia sint in omnibus, quia si essent semper omnia possent ex omnibus separari, si autem potest extrahi caro cum illa non possit esse minor illa minima pars quæ fuerat extracta ab aqua debet esse æquales, ergo per harum ablationem finitur caro, quæ erat in aqua iuxta doctrinā scilicet dicti quod ablatione finiti partium equalium tandem consumitur, aut si numquam consumitur, sed semper extrahuntur partes æquales, sequitur quod sunt infinitæ partes æquales quod est absurdum. Alio modo probatur hoc argumentum à Magistro Soto, & Valelio clarissim sic data aqua ex qua portiuncula carnis sit segregata, sicut amplius alia separatio, tunc sic, vel deueniemus ad aliam ultimam separationem, ita quod amplius non possit extrahi caro: & ita destruitur primum dictum Anaxagoræ quod quolibet sit in quodlibet, quia si esset posset separari ex quolibet, aut non datur aliqua ultima separatio, sed in infinitum procedens: tunc sic ergo dabuntur infinitæ partes æquales carnis in aqua finita latentes, quod est absurdum, & contra ipsum Anax. Quia tamen poterat quis respondere pro illo, quod partes fractæ non sunt æquales, sed proportionales, semper una minor alia contradicit quod licet pars separata debet minor, & minor, non tamē excedit exiguitati omnem magnitudinem quod est dicere non est possibile

sem per minorem, & minorem sine termino extrahere, sed aliqua ita exigua debet extrahi quod sit minima omni, tunc ultra, quando hac separata. Ultterius separatur aliae partes ab eadem aqua, cum non possint minores esse illa minimi extra ita: erunt necessario, aut maiores, aut æquales, ergo si in infinitū procedit separatio poterit separari infinitæ partes æquales illi minimæ extra ita, aut maiores, ea quod est absurdum & contra ipsum Anax.

Quartū argumentū sic formatur, detur minimæ caro quæ potest esse separata ab aqua, vel cōiuncta cū omni preexistens per ablationem suarum partium minueretur sequitur quod si ab ista carne est amplius separabilis caro quod datur minus minimæ, si vero non est separabilis, destruitur primum dictum Anax. quod autem minimæ caro debeat dari iā probauerat Aristot. prima ratione probando quod res viuentes postulant certam quantitatē, taliter quod non possint esse in minori.

Has duas evidentes rationes tripliciter, scilicet & quadrupliciter quasi vi lipendē soluit Valles, sed postea caravim examinabimus, & verum magis At. quam Vallesio sit initendum.

Quinto, sic insurgit Arist. si quodlibet est in quolibet ergo infinita in infinitis infinites erunt actu existentiæ & inter se distinctæ, sic enim in aqua, v.g. erunt infinitæ particulae, & infinitarum specierum, v.g. ligni, &c. Et rursus per id principiū si quodlibet est in quolibet, ergo in illa particula ligni erunt infinitæ particulae infinitarum specierum ignis, 30. per idem principium in illa particula ignis erunt rursus infinitæ, hæc autem omnia absurdâ sunt. Cum hoc tamen Arist. laudat Anax. dictum quoddam, scilicet quod quodlibet non possit separari ex quolibet (quamvis illud in scripto dixerit in alio sensu non vero) quia ad id verum habet in accidentibus cum non possit a substantia separari, & in partibus.

partibus continuae quæ similiter omnino separari ab illo nequeunt, cum non possit omnino fieri diuisio. Hoc autem non contradicit eis, quod dixerat supra dari minimam carnem, illic namque loquebatur de toto naturali & substantiali quod certam quantitatem ad suum conservacionem petet, ut magis patet lib. 6. ubi nos de maximo & minimo dicemus si autem solum loquitur de sola natura quantitatis. Vnde reprehendit causam efficientem, scilicet, positam ab Anaxa, de qua dixit quod primo, omnia separavit in atomos; quia attentavit facere impossibile. scilicet omnia separari ad unicem, cum multa sint inseparabilia, ut vidimus; demum reprehendit modum generationis Anaxagorae per congregacionem similem, quia quamvis aliquando hoc accidat, ut cum ex lutis aggregatis sit, & lutum, aliquando tamen per aggregationem dissimilem sit, ut lutum ex terra & aqua, & domus ex lignis, lateribus, &c.

ANNOTATIONES CIRCA LITERAM.

Quidam adhuc ex iunioribus cum Iambili, hac in parte plura de infinito immature tractant, cum lib. 3. de eo specialiter sit agendum, ubi etiam dicemus a quo intellectu, & quomodo sit cognoscibile, circa id tamen quod Aristoteles docet quod finitum per ablationem finiti consumitur tandem, aduertere quod partes continui sunt duplices, ut lib. 6. magis patet, quædam dicuntur æquales, non quia reuera sunt æquales, sed quia una omnis est extra aliam, in quo statu possunt habere equalitatem; quæ in continuo finito sunt etiam finitas, & de his verum habet omne infinitum, &c. aliq. enim sunt partes inæquales, & se communicantes, seu portionales, quarum, scilicet una non est extra aliam, quæ quadam proportione partiuntur, v. c. hoc totum habet duas

mediates & rursus hæc medietas alias duas se per in minores procedendo & ita per ablationem non consumuntur.

Secundo notandum quod videatur Aristoteles pro inconvenienti quod reuera non est, scilicet, quod infinita non essent infinites in infinitis, in linea, enim infinita est necessarium hoc dicere, quibuscumque enim partibus, ablatis adhuc manent infinitæ separanda, si enim infinitæ manerent, iam non essent infinita; immo id modo accidit in quoquis continuo, quia v. g. quantitas digitalis diuisibilis est in partes infinitas proportionales, ita ut quælibet pars abscastra cum sit continua, rursus est diuisibilis in partes infinitas, ergo cum istæ praefuerint in priori continuo, scilicet digitali sequitur quod infinitæ partes erant infinites in infinitis, & in tali continuo applicando rationem Aristoteles ad quodvis continuum sequitur idem inconveniens quod ipse insulit contra Anaxagoram.

Sane dubitandum est satis acutum, & communiter ab expolitoribus prætermisso, cum hoc tamen respondere dicendum, quod longè est alia ratio, quia Aristoteles arguit contra illum Phylos, quoniam in quavis recte etiam finita, secundum extensionem ponebat infinitas particulatas specie diuersas, ut in aqua, particulas ignis, terræ, carnis, &c. vnde necessario istæ particulae debent esse, non se communicantes, & una extra aliam, cum haberent distinctam essentiam, & consequenter diuersas extensiones una, extra aliam, & ita necessario erat infinitæ partes æquales, & ita faciebant extensio[n]es actu infinitam, cum ad hoc nihil aliud requiratur, & hoc absurdum multiplicata cum inferat Aristoteles contra Anaxagoram, quod in una libra carnis quæ finita erat, v. c. extensiæ essent infinitæ extensiones infiniti in unicem non se communicantes, hoc autem maximum inconveniens, nam sequitur quod eadem extensio sit actu finita extensiæ, cum ita ponatur & actu infinita extensiæ, quia hæc infini-

F. P. de Oña, Coment.

tas necessario, pascitur ex infinita secundum mixtionem posita ab Anaxagor. vidimus, at incertius uno finito partes equalis sunt finite, ut vidimus, unde cessat hoc inconveniens; partes autem proportionales sunt infinitae, de quibus certum est, quod sunt infinites infinita, quod nihil aliud est, quod dicere quod qualibet pars continua est diuisibilis perpetuo, ex quo patet ad secundam probationem mino. ad primam dicendum, bene sequi, si datur linea infinita in actu, quod partes eius et quales sunt infinites infinitae, quod fuit in conuenientis illatum, contra Anaxag. ex hoc vero tantum sequitur quod linea actu infinita sit impossibilis, sicut etiam sequeretur quod tota linea finita non esset maior parte sua, propter quod & finita inconveniens communiter dicitur lineam actu infinitam esse impossibilem; sed adhuc in isto easu non sequitur implicatio in adiecto, quod eadem linea & actu finita & infinita, sicut sequebatur in causa Anax. & vidura est. Vnde infinites infinita esse in aliquo, in actu non est simpliciter conuenientis irrationabile, sed modo dicto, siueque Vall. explicat hoc inconveniens dices, inde sequi pusilli hominem esse infinitum, cum non in illo, infinitarum species particulae, quarum qualibet habet suam extensionem inseparabilem, id est, non communicat, & ita esset infinita magnitudo in homine pusillo; sed non est inquit mirum, quia tam absurdum est hæc positio Anaxag. quod nil non inde sequitur absurdum.

Vltimo in hac re examinanda est viii quartæ rationis Aristot. quæ incipit data minima caro, si aliquid separetur ab illa, cum ipsa redatur hoc ipso minor, dabatur minus minime; videtur enim ut aucte Vall. notat quod non concludat, quia supponit quod post alia separationem maneat caro, ut sic sequatur minus minimo posset autem dicere Anax. quod ex vii taliis separationis destruitur caro, quia separari secundum Anaxag. erat generari, ergo id quod separatur generaretur, &

Super vniuers. Physic. Arist.

cum generatio unius supponat alterius corruptionem necessario, desineret caro, & ita cessat in conuenientis contra illum, acut nos de facto debemus respondere potentes minimum, quod coi ploquand ab eo separetur aliqua qualitas corruptitur, & sic non manet minime minus.

Sed profecto non aduertit Vall. quod ad minimum ita exiguae quantitatis possimus deuenire, quod sub illa nullum aliud possit generari, & ita, nec illud minimum corrupti; sed debere necessario manere. Vide, tunc optimè concludit ratio Arist. quod vel ab illo non potest separari aliud corpus, aut quod si potest, dabatur minus minime, quorum primum, licet absolute non sit inconveniens, & ita nos dicceremus modo in casu, quod vero ad summi minimum deueniremus, ex suppositione tamen contra Anax. ad hominem ex concessis est absurdum; & secundo, quia vel illud, quod separabatur à minima carne, erat etiam caro, vel aliud corpus, si caro, cum esset pars extracta a priori, erat necessario minor; & ita saltè procedens caro non maneret, & ita non posset manere minima, ad min' illa que per separationem de nouo generabatur manebat, & sic dabatur minus minime aut pars non esset minor toto. si secundum vero illud corpus, quod separabatur non erat caro, sed aliud ut ignis, ergo aut ab isto poterat extrahi caro, vel non, si non; ergo iam quodlibet non est in quolibet & esse, a quolibet separari, si vero poterat separari currit id argumentum ad absurdum, quia cum illa caro es se pars ignis, & ignis aliquius minime carnis: de c. i. ad vltimū erat pars illa caro prioris minime carnis, ergo ea minor, & posueratur ab ea extracta ergo iam dabatur per se existens aliquid minus minimo non ergo modeste Vall. notat Ar. quod l. et ratione fuerit r. s. & corum expositorum reprehendit, quia has rationes, ut firmas defendunt, debuisse ergo ipsas perpendicularere, & id quod supra suā poterat replicare solutionem.

CAPITIS QVINA-
tisumma textus, quod
principia sunt cō-
traria.

text. Inugnatis Phylosphorum sententiis,
 41 me
 li^o au
 tē est
 par-
 niora instat naturalis agorū, ex propria sen-
 tentia determinare iam de principiis in
 hoc capite, ad quod præmittit hoc funda-
 mentum principia necessario, sunt con-
 traria. Probat primo ex communi sepla-
 omnium Phylosphorum, qui omnes cō-
 trarietatis posuerunt in principio vbi rur-
 sus refert singulorum opiniones. Secun-
 do suader ratione, prima contraria sunt
 quæ nec sunt ex aliis, nec ex alterutris,
 sed omnia sunt ex ipsis, prima autē prin-
 cipia sunt huiusmodi: ergo sunt contra-
 contraria prima principia, & per simpli-
 tem conuersationem principia erunt con-
 traria, minor patet: nam si sunt primæ,
 non sunt ex aliis, aliæ non sunt primæ;
 si sunt contraria, ergo non sunt ex se in-
 sicca, & ex alterutris. Tertiā vero cō-
 ditionē, ut demonstret, scilicet quod om-
 nia sunt ex illis supponit, nec quodlibet
 fieri ex quolibet, nec agere, nec pati,
 a quolibet, duo posteriora supponit tra-
 ctanda lib. de generatione, quod scilicet
 actio & passio, sint inter se contraria. Pri-
 mum vero ostendit inductione, quia albū
 per se tātum fit ex non albo, & quia acci-
 dit hoc esse musicum, ideo per accidens
 fieri musico, similiter musicum per se
 fit ex non musicō, & quia accidit musicū
 esse albū, ideo per accidens musicū fit ex
 albo; ne autem quis putaret non album
 & non musicum sumi indifferenter, pro
 quacunque re habente horum negatio-
 nem, ideo subiungit non pro quacunque
 sumi nō album, sed pro nigro & medio
 colore, media enim induunt rationem
 unius extremitatis, si ad aliud comparantur,
 idem autē quod dixerat de generatione
 dicit de corruptione, non quodlibet cor-
 ruptioni in quolibet, sed in suum contra-

rium, aut medium: nam corruptio, hoc
 tantum differt à generatione, quod ita
 procedit à non esse adesse, illa vero ad es-
 se, ad non esse. Sed iterum ostendit prin-
 cipium assumptū, non quodlibet fieri ex
 quolibet, tam in generatione simplici,
 quam cōposita; vocat generationem
 simplicem, non substantialem, quia hic
 se conformat antiquis, qui generationem
 tantum ponebant accidentalem;
 sed vocat generationem simplicem, cum
 sit unum extrēnum, ut musicum album,
 &c. cōpositam vero quando fit compo-
 situm, sive partes habeant secum com-
 positionem, ut domus, sive secundum
 proportionem: ut consonantia, sive se-
 cundum ordinem, ut exercitus: hęc enim
 omnia: licet compositionem habeant
 diuersę rationis semper sunt ex con-
 trariis, & illa corrumpuntur, ut conso-
 nantia ex non consonantia, vel incon-
 sonantia, aliquando ramis: in compo-
 sitis deficiunt nomina, quibus hoc decla-
 ratur, quia non dicimus domus fit ex in-
 demo.

Ex his ergo probat tertiam illam con-
 ditionem primorum contrariorum sic,
 omnia quæ sunt, ex contrariis, vel me-
 diis sunt, sed media intrant rationem
 contrariorum: ergo omnia sunt ex con-
 trariis: unde infert omnia quæ sunt in
 rerum natura, aut esse ipsa contraria,
 vel quæ ex illis sunt, & ita prima con-
 traria, aut quæ sunt ex illis, & ita pri-
 ma contraria esse prima principia ex
 quibus omnia sunt; & ita per simili-
 tem conuersationem prima principia esse
 contraria. Qualiter autem habeat verū
 hęc propositio iusta patet: & hanc veri-
 tate inquit antiquos Phylosphorus atrigis-
 se, licet non rationibus persuasos, sed vi
 veritatis cōpletos (etiam sicut lapis inquit
 S. Tho. natura sua tendit in centrum, ita
 intellectus ad verum) sed nō eodem modo
 sunt loquuti, quia quidā illa posuerit prio-
 ra, quia notiora secundū intellectum, ut
 magnū & parū, par. & impar, & alij po-
 steriora, quia notiora secundū sensū, ut cal-

lidum, & frigidum, in hoc tamen omnes conueniebant quod ponebant contraria ex coordinatione, vel ambo priora, vel ambo posteriora, & non confundebant priora cum posterioribus, & ita omnes secundum proportionem & analogiam idem dicebant, sed non simpliciter, quia quidam vniuersalia ponebant & contentia contraria, ut magnum & parvū, alijs vero particularia & contenta, ut calidum & frigidum, vnde quidam alijs melius phylosophabant illi scilicet, inquit Phylloponus qui ponunt vniuersalia contraria, ergo Arist. dicens illa esse notiora secundum intellectum quæ sūt vniuersalia illa secundum sensum, quæ singularia intellectus enim vniuersalia est, sensus vero singulare.

ANNOTATIO tiones circa literam.

STATIM dubitatio oriſur qualiter qui ponebant vnum tantum principium poterat ponere contraria, vt inquit Arist. cum hęc ad minus sint duo. Respondeo, quod ponebat vnum secundum substantiam, ponebant tamen in eo plura accidentia, inter quæ esset contrarietas & transmutatio, vtiarum & densium callidum & frigidum, & ita consequenter tatum accidentales ponebant mutationes.

Secundo dubitatur, quomodo Arist. ex una parte dicat contraria non fieri ex se in uice, quia sunt contraria, & statim subdit vnu contrarium fieri ex alio. Resp. quod diuersimode particula ex sumitur in his duobus dictis, quia in primis dicit habitudinem partis componentis, & ita vnum contrarium non potest esse pars alterius cum sit illi extrinsecus, pars autē intrinsecus debet esse, in secundo vero dicto dicit habitudinem termini a quo, qui cum sit quid extrinsecum optimè potest esse contrarium.

Tertio dubitatur, quare vnum contra-

rium deber fieri ex alio, tanquam termino à quo. Respondeo, quod quia debet fieri ex subiecto prout est in potentia proxima, & quia quād habent contrarium, tum est in potentia proxima ad aliud, cum idem sit subiectum & potentia contrariorum, quia contraria sunt circa idem, et in post prædicamentis dicebam, idem vnum dicitur fieri ex alio, et termino à quo.

CAPITIS VI.

summa textus quod principia rerum sint in numero.

SOpposito ex precedenti capit. quod principia sunt contraria in presenti docet numerum eorum, & i. docet prima principia esset plura quam unum, probat, sine contraria, unum autem libens contrariatur, secundo, dicit quod non sunt infinita; probat, sciencia compositi pendet ex principiorum cognitione, si ergo essent infinita, cum talia non possint se in scientia rei naturalis derivari etur. Secundo in unoquaque genere (sicut est substantia) non potest esse nisi una. Prima contrarietas, vnius autem contrarietas tantum sunt duo extrema, ergo cum principia sint contraria in genere substantiae non possunt esse infinita; omnes enim contrarietas vnius scuiusque generis s. ad unam primam reducuntur, per habitum & priuationem: vt in substantia, ad substantiam & non substantiam reducuntur omnes aliae: vt ignis, non ignis, homo, non homo, quæ impropriæ sunt contrarietas intra oppositiones priuatiæ. Tertio ad idem frustra sunt per plura quæ possunt fieri per pauciora, omnia autem quæ Anaxagor. facit per infinita, facit Empedocl. per finita, licet quadrupliciter ergo Quarto ad idem si sunt infinita & ex alia parte necessario contraria erunt infinita contraria, & consequenter omnia con-

men absudum, quia album & nigrum, dulce & amarum contraria sunt, non rancor principia, cum ex aliis sint; ut potest ex primis qualitatibus primo dicuntur.

In secunda parte esse plura quam duo. Probat enim contrarium non facit aliud, ut in unctione constat, calidum enim non facit frigidum, nec rarus densam, ergo præter duo contraria aliquid Tertium est ponendum in quo agant contraria, & à quo se expellant, immo hoc ita esse verum, quidam Philosophi sic dixerunt, quod infinita subiecta posuerit secundo ad idem nulla contraria sunt componentia substantiam rei, quia principia componunt, cum sint de ipsa substantia rei, alias illi accidentes, & ostendit illa posteriora, quod est contra rationem principij, ergo non sunt contraria. Tertio substantia non fit ex non substantiis contraria autem sunt non substantiae, cum ex capitulo de substantia, substantia nihil sit contrarium, ergo principia non sunt contraria, unde miro artificio Aristotil, cum prius præcedenti capitulo probauerit principia esse contraria, hic probat non esse contraria, ut ex hac duplice indefinita veritate colligatur necessario, dari aliquod Tertium diuersum à contrariis, & illis non contrarium, ut vnum ex contrariis, cum illo faciat compositionem, scilicet dari materia, ut subiectum formæ & priuationis, quæ sunt contraria, ut cum illa forma faciat compositionem, & ita principia substantiae sunt substantiae, & contraria sunt non substantiae, sed alterum eorum nempe priuationis substantiae, unde subdit Aristotil, quod si illas duas in definitas voluerimus descendere, duas illas indefinitas necessario, debemus concedere aliquod Tertium principium, sicut concessere antiqui ponentes contrarietatem, cum aqua, vel aere laudat et men eos, qui principium dixerunt potius esse corpus medium, quam elementum, quia hoc

minus distat ab extremis contrariis, ratio huius est, quia principium equaliter se debet habere ad recipiendum contraria, ad quæ non se habet aqua litter elementum, cum habeat qualitates inseparabiles, immo eadem causa inquit eos qui posuerunt aerem, & deinde qui posuerunt aquam, quam qui posuerunt regnum. Deinde ultimo probat Aristotel. Principia non esse plura quam tria. Primo vel multiplicantur ex parte subjecti, vel ex parte contrarietatis, non primum, quia ad patiendum sufficit unum subiectum, præcipue respectu unius contrarietatis, non secundum, quia si multiplicantur contrarietates oportebit multiplicare substantias, & hoc non quia si demus unum subiectum cum una contrarietate hoc sufficit ad generationem, cum ad sint omnia requirata, subiectum scilicet & terminus à quo, & ad quemque sunt contraria, ergo superfluum esset ponere plures contrarietas, & plura subiecta. Secundo ad idem unius generis tantum est una prima contrarietas, (intelligo communem) nam particulares possunt esse plures, priores quedam, quedam posteriores, substantia autem cuius principia quarimus est unum genus, in illa ergo deberet esse una prima contrarietas, & hinc ut pater sufficit unum subiectum, & consequenter principia substantiale, de quibus agimus tantum erunt tria.

ANNOTATIO- NES CIRCA LITERAM.

Primo notandum circa text. 51. ubi Aristotil. dicit quod principia debent semper manere, quod sensus est secundum Philosophos, debere inueniri in omni mutatione, unde probat secunda contraria non esse principia, quia non semper manent, id est non in omni mutatione reperiuntur: nam in illa muta-

Annotationes

tione contrariorum in qua illa sunt facta non praefuerit; vel ut alii volentes principia debent invenire, non tantum quia in communione tempore manent, v. c. atque qua forma, aliqua materia, & aliqua priuatio, sicut est etiam tempore aliquis homo, quanvis non sic aut ille, sed dicuntur realiter manere, tempore, quia eum ipsa sunt prima non sunt ex alijs prioribus, & ita nondatur aliquia mutatio per quam sint.

Secundo, considera circa tex. 56. quod videatur difficile dictum Phyllosthi. vi. sius contrarietas est unum subiectum: nam possunt in eodem subiecto simul esse plures contrarietates, vt album, & nigrum; dices quod istae reducuntur ad unam primam primarum qualitatum, scilicet calidi, & frigidi, &c. contra est plures contrarietates primae non reducibilis, ad alias priores possunt esse in uno subiecto, vt calidum & frigidum, secum & humidum in eodem mixto. ergo. Respondeo, quod ut bene iuniores hic primae contrarietates, aliae sunt, partitulares, vel secundo primae ut sunt praedictae calidi & secuti, & harum multiplicatio certe non multiplicat substantiam universalem & priorē pessimum reducit, scilicet ad habitum & priuationem, ex Arist. enim in meth. radix omnis contrarietas est forma & priuatio, & istae contrarietates dicuntur universales, & primo. Prima cuius multiplicitas, multiplicans substantiam sicut enim unus generis tantum sunt duæ primæ differentiæ universales, v. c. animalis, rationale, & irrationale, quannius sub eius aliæ latenter particulares diffrentiae ita unus generis tantum est una prima contrarietas ad quæ aliæ sonnes reducuntur, & de his loquitur. plur. per quod patet ad obiecta.

Terito circa tex. 52. vbi in quadam ratione assunit Aristot. pro minori; quod contraria sunt non substantiae vel accidentia, quod idem est cum circa substantias solas sit accidentis dubium est, quia vel hic loquitur Arist. de contrarietate ideo

Circuliteram

re & propria & ita verum dixit sed non ad propositionem cum prima principia non sint propriæ contraria, vel loquitur de immobilitate, & sic fallit de rebus illis esse accidentia, quia forma substantialis & priuatio non sunt accidentia. Ab hoc label, hic, q. 25 quod modo Aristoteles procedit ex datis ab antiquis qui cum omnem generationem ponentes accidentalem dicere atomes formas esse accidentes, & ita omni contrarietatem unius formæ, vel cum alia, vel cum priuatione, ad accidentia reducabant, & ita substantiam materialem non videlicet priuationem, cum iste sermo non sed demonstratus, quia ex eius simpliciter debet procedere ut dictum est primo post. c. 4. sed totum dispositum qui lateat ut concedatur ex concessis ab alijs, ut dicitur in top. Hac solutione communiter sic datur, sed forte

Melius responderet quod hic non tantum disputatione sed demonstrative procedat, & ita communiter ex veris simplificiter, unde dico quod Aristoteles non dixit contraria esse accidentia sic enim argumentum factum procederet, sed dixit esse non substantiam & satis acutæ ut solerit, ut inde colligeretur quod interpositas substantias nulla sit nec imprimit contrarietas, sed præter illas debet negationem constitui, cu quæ aliqua eatum haberent contrarietatem aliquam saltem imprimitam & ita præter materiam & formam quæ sunt principia non contraria, quia amba sunt substantiae debet posse priuationem cum formâ, cu illa dicatur principia contraria, unde quæ dixerit contraria esse non substantias, in plurali, debet intelligi expositione, viiius extreni, scilicet priuationis quia ab ista prouenit omnis contrarietas in substantia, itaq; dico quod quanvis extra substantiam quod est possit in se esse accidentis, sed tamen negationem non est necessario accidentis imponere eius priuatio sed potest esse priuatio substantiae, & ita non valet. Aristoteles dixit contraria esse non substantiam ergo sunt accidentis.

Vltimo circa tex tum, 56, non tantum quod quando Aristote, dixit omnia pri capia contraria non differunt generi, sed tantum secundum prius, & posterius; sensus est secundum communem in ratione principiandi omnia principia conueniunt generi quia principiantur, ut forma & priuatio in quounque predicamento considerentur in genere tamen rei differtur generi, vel alter cum S. Thom. hic quod egit tantum de principiis ingredi camento substantiarum quae sunt eis naturalis principia, & ita omnia sunt prius generis scilicet generalissimi, intra illud autem solum differunt ut prius & posterius quia quedam sunt propinquiora & contraria, primo primis, & ita robur habet sic ratio Aristot. Prima principia, eis naturalis sunt prima, contraria quae necessario debent esse contraria, primū autem genus est unum scilicet substantia ita ut non possint esse plura, genera ergo nec possunt esse plures prime contrarietas sed una omnium prima, una autem contrarietas tantum dicit duo extrema, & unum subiectum illis substrata. Cum ergo tantum sunt Tertia principia rei naturis illis in communione & in genere, hæc in hoc capite ad quod redit omnia precedentia.

CAP V T. VII.

Sūma texi quod principia rerum sint 3. secundum mutationē
T. 2. Sem. rem.

Expliicans imo & probatis in eis maiori superiori capite tribus principiis naturali entis, in isto sigillarum de quolibet disputat, & primo de materia que est subiectum (ex dictis) contrarietas, & primo probat quod in mutatione necessario debere dari aliquod subiectum commune sub virtute, tempore, pro quo premitur duos modos loquendi.

in mutationibus dicimus enim (inquit) aliud fieri ex alio, & alterum ex altero, primum dicitur propter mutationes substantiales, cum aliud dicat diversitatem in substantia. Secundum propter accidentales, cum alterum dicat diversitatem accidentis, in quibus, solum exemplificat Ari, quia de substantia advenientia erat aetum, & subdit quod in accidentali mutatione aliquando dicitur fieri compositum quando verumque extremum est compositum, & cum dicimus homo musicus, si homo immusicus, aliquando dicitur fieri simpliciter quando extrema factio nis sunt simplicia, & hoc dupliciter primo quando ambo extrema sunt positiva tam primū, quod prouatur factum, quam secundum, quod vocatur id quod sit, ut cum dicimus homo fit musicus. Secundo quando prius extremum est negativum, ut cum dicimus in musicus fit musicus, inter quos modos assignat duplex discrimen alterū secundum vocem, ut in easu licet aliquando posimus loqui & in recto, & in obliquo, ut homo fit musicus ex arte statua, non tamen semper posimus loqui in obliquo, non enim dicimus ex homine si musicus, alio in secundo autem easu possumus loqui vitroque modo scilicet, si in musicus fit musicus, & ex in musico fit musicus. Et quanvis eos positores non meminerit Aristote, adem dicendum de illis quod vitroque modo de ipsis posit fieri loquio homo non musicus fit homo musicus, & ex homine musico fit homo musicus ratio est quia includum extreum negatibum.

Secundum discrimen secundum rem est quod in primo easu primū extreum positivum scilicet subiectū semper manet cum forma quae aduenit quibus praefuerit cum ea quae excedit ratio est quia nulli carū opponitur i homo qui fuit sub in musico, manet sub musicō at vero in secundo easu, iam in simplici, quam in composto primū extreum negatibum recedit, quia

quia non manet immusicum, quando venit musicum, ex his concludit intentum, in omni mutatione esse unum subiectum commune sub utroque termino, & quando oppositum sit ex opposito in mutatione simplici, ut quid ex immusico est musicum, quia immusicum inquit dicit subiectum, & non distinctum numero a se, sed tantum ratione quod est dicere immusicum dicit subiectum cum forma aliqua contraria generanda, vel saltim, cum eius privatione, ut ratione prioris maneat sub forma generanda, & ratione posterioris recedat, vel non maneat, & ut insinuaret Aristot. quomodo hoc subiectum non erat realiter separatum a terminis generationis, sed modo esse cum uno modo cum alio, & ideo dicit esse unum cum illis, idest, unum subiecto differre, tamen definitione, vel ratione, idem dicit accidere in compagno, quando, scilicet homo immusicus, sit homo musicus, & ad insinuandam distinctionem rationis oppositi termini a subiecto, adducit duos tam loquitiones illorum, quia in opposito magis loquuntur per oblicum: dicendo ex immusicu sit musicum, quam per rectum immusicum sit musicum, & contra vero in subiecto, potius per rectum homo sit musicus, quam per obliquum, quoniam in aliis contra accidentia potius loqui per obliquum ex ipso sit statua, quam in recto ex ipso sit statua, sed in opposito, non tantum compagno, sed simplici loquimur uteroque modo in obliquo ratione priuationis, vel forma opposita, quam exprimit in recto ratione subiecti, quod sub tali forma, vel priuatione subintelligitur.

In secunda parte capit. ut ad mutationem substantialem perueniat, de qua est praecepsa intentio praemittit diuisio, nem mutationis alias esse accidentales, in quibus sit aliquid hoc, id est en. 2. quid, ut album, vel calidum, &c. Alias vero substantiales in quibus sit aliquid simpliciter, ut ignis, homo, &c. Colligit statim secundum diuisitatem harum esse

diversa subiecta in accidentalibus est substantia prima, id est substantia completa, integra, quae nulli inest, ipsi vero omnia accidentia cuiusvis praedicamentis in sunt, & hoc dicitur mutari, quia modo recipit unum accidens modo vero aliud: in substantialibus vero cum ex materia quae transmutantur, non sint accidentia, ut in prioribus sed integræ substantie necesse est dicere has substantias esse compositas ex materia & forma: ut secundum formas sint ex materia transmutata, & secundum materiam subiectum transmutationis in quantum varias recipit & amittit formas. Et quod necessario debet presupponi aliquod subiectum semper manens sub utroque termino colligit Aristot. a signo, quia semper vidimus homines & plantas ex aliquo presupposito fieri, scilicet ex semine: ergo materia illius seminis manet sub forma viuentis geniti postquam inductione facta in naturalibus ostendit in omni mutatione debere ponari aliquod subiectum commune. Modo id probat inductione facta in artificialibus, quae ad quinque capita possunt reduci: quædam enim sunt transfigurationes, ut quæ sunt a figulo ex materiali transmutata figura, quædam vero sunt accessiones, vel augmentationes alicuius liquoris, ut quæ sunt a pictoribus: quædam sunt per subtractionem, ut quæ sunt ab sculptoribus, quædam sunt a compositione, ut quæ sunt a dominicatoribus: quædam sunt media aliqua nimis alteratione, ut quæ sunt a quoquis & farmacopolis. In his omnibus ait Aristot. datur aliquod subiectum commune quod vocat compositum, quia habet aliquid quod maneat ablata priori forma, vel priuatione sub forma aduenienti, & aliiquid quod recessit, scilicet opposita forma, vel priuatione declarat id quod manet dicens, esse aë autem, lapis, &c. & id quod recessit dicens esse in figurationem, quia ex insiguratio sit figuratum, & informationem, quia ex infor-

ni sit formatum, & inordinationem, quia ex inordinato, & incomposito sit ordinatum, & compositum, & sic de reliquis semper assignando duos terminos cum suo subiecto in qua uis mutatione.

Postquam vero probauit Aristotiles in quavis mutatione, tam artificiali quam naturali, tam accidentaliter, quā substantiali esse aliquod subiectum, vel materiam, vel formam, tamquam terminum probat hæc esse principia naturalia hoc ratione. Ea, ex quibus vnumquodque primo, & non secundum accidens, sed substantiam est, & factum est sunt principia naturalia & causæ: sed materia & forma sunt huiusmodi: ergo sunt principia & causæ. Maiorem ponit Aristot. minorem sub-intellegendo, declaratur maior dicit primo ad excludendum elementa, ex quibus licet fiat mixtum, quia non sit primo ex illis, cum illa rursus siant ex materia & forma dicit, non secundum accidens, vel ad excludendam priuationem, quæ non est principium per se in facto esse, sed tantum per accidens, quāvis si principium per se in fieri, vel ad significandum ex primis principiis non fieri rem, secundum esse accidentale, sed substantiale mihi probat exemplo totius accidentis quia si homo albus intrinsecè componitur ex homine, & albedine, cum per illa definiatur multo melius homo, secundum se componitur ex sua materia & forma cum per illa etiam definiatur patet, quia homo est totum per se, & homo est albus est totum per accidens, si ergo totum per accidens ex suis partibus suo modo intrinsecè componitur, ergo multo melius totum per se.

Statim dicit materiam esse vnum numero, & duo ratione, est vnum numero cum priuatione, quia ab ea non differt realiter, duo ratione, quia diversa est definitio, & ratione materiae, ratione priuationis explificat Aristote-

l. scilicet aliud est esse tris aut & materia, & aliud esse priuationis, & potius de materia dixit esse vnum numerum, quam de priuatione, quia inquit materia est magis numerabilis, idest magis accedit ad compositum, quod est vnum numero, cum sit eius pars: at priuatio, vel contrarietas ait Aristotil. est accidens intelligitur rei factæ, quia non manet in ea, de forma expresse docet Aristoteles non esse duo principia ratione. Modo Aristotil. conciliat quasdam propositiones quæ videntur opposita, principia sunt duo, & sunt tria, & sunt contraria, & non sunt contraria, & sunt plura contraria, conciliat sic, sunt duo numero, & tria ratione, sunt contraria forma & priuatio non sunt contraria materia & forma (vbi obiter notandum est, quod diximus præcedenti capitulo quinto) quod materia & forma non sunt vlo modo contraria aduersus Aquarium mordicus defendantem oppositum, planè enim contradicit Aristoteli hic non sunt plura contraria secundum numerum, quia materia & priuatio faciunt vnum numero. epilogat modo Aristot. ea quæ dixerat, dicens, iam ergo constat, quomodo principia sint tria, & duo, & quomodo præter contraria, vnum, tertium, subiectum. Quinto debet exponi, qualiter hæc sola sufficiant, quia uno adueniente contrario in subiecto, & recedente alio, sit omnis mutatio, subdit modo materiam esse cognoscendam per analogiam ad materiam artificialiem, quia, scilicet hæc, est indifferens ad recipiendas plutes formas substanciales, hoc tamen est disserendum, quod materia artificialis, est substantia integra, quia tantum est in potentia ad varia accidentia; materia vero naturalis est substantia partialis & imperfecta: & ideo est in potentia ad recipiendas formas substanciales. Concludit Aristot. dicens,

Annotationes.

teriam esse unum principium rationem
id est formam aliud contrarietatem id est
pruationem aliquid haec de litera capit.

ANNOTATIO- nes circaliteram.

Primum dubium est Arist. precedens
in capite dixit pruationem esse principi-
um per se ergo malefic docet quod sit
principium per accidens. Resp. negando
consequentiam quia ibi comparauit pri-
uationem ad fieri respectu cunus se ha-
bet per se hic vero comparat ad factum
esse respectu cuius se habet per accidens.

Sed obiectit S. Thos. ut sit pruatione prin-
cipium in factu esse adhuc per accidens
debet aliquo modo manere, sed nullo
modo manet aduentu forma & oppositae
ergo nullo modo est principium. Resp.
S. Thos. quod licet non in auctoritate
illius forma & quae generatur quae fuit
minus a quo manet in pruatione aliorum
formarum sed nihil non placet haec ex-
positio quia de eadem pruatione co-
ditur quod sit principium per se in in-
secum ad fieri per accidens vero & extrin-
secum ad factum esse sed que est princi-
pium per se in fieri est terminus aquo
generations ergo quae vocatur per acci-
dens ad factum esse debet esse eadem pri-
uatione quae fuit terminus a quo & ita co-
redit Albert. sed alius exponit Arist. di-
cens illam pruationem esse per se ad fieri
quia est de interiori conceptu illius
qua illud fieri & illa generatio est quo-
dam accidentis rei factae cum illo exstante
maneat res facta eo pruatione dicitur pri-
cipium per accidens rei factae id est se-
cundum accidentem dictum rei factae visic
a materia & forma differit que sunt
principia rei factae secundum suam sub-
stantiam sed magis consonat textui
ultimo. Expositio quod dicta prua-
tio per accidens id est per aliud est prin-
cipium rei factae per materiam scilicet
cum qua identificatur & ita illa manet

Circaliteram.

te diciunt manere priuatione sed per aliud
ut sit ita principium per aliud at infieri
non per aliud sed per se vera materia dif-
fere, est principium quia ut sic inest infie-
ri ex parte termini a quo vidimus pra-
cedenti capite.

Secundum Dub. compositum ex ma-
teria & forma est unum numero ergo
materia & forma que illud componunt
non posunt esse diversa non ero. Resp.
quod compositum est unum numero to-
tali & perfecte materia vero & forma
sunt duo non ero partiali & imperfecte
tanquam partes illius, cum non sint due
substantiae separatae & per se existentes
sicut sunt duas primas substantias.

Tertium Dubium est pruatione adhuc
respectu fieri non est principium per se
ego probatur non est principium acti-
vum nec passiblum immo nullus modus
principiandi eorum quos Arist. numerat
ut quanto metaphysicis videtur convenienter
pruatione ut inducenti pauebit. Resp.
ad primum concedendo quod non sit
principium activum aut passiblum sed
nec hoc modo est principium forma que
est terminus ad quem generatiovisqua
prater illa sunt alii modi principiandi.
Ad secundum dico primo quod ibi Ari.
consumerauit modos principij qui pos-
sunt esse in re possitiva & priuatione non
est talis secundo dico ut bene lauel. q. 3.
quod reducitur ad primum modum ibi
ab Aristotele allatum qui est principium
vitae & ratione incipit quis moueri, primus
terminus a quo motus localis sed priua-
tio est terminus a quo mutationis que
est generatio ergo merito ad hunc re-
ducitur modum.

Sed instabis si priuatione est principium
per se respectu fieri in quo modo perfici-
tatis Respondetur cum lauello quod in
primo quia est definitio ipsius fieri quia
cum sit transitus ab uno ex medio ad al-
liud in sua definitione dicit illa duo ex
materia quorum unum est priuatione sci-
licet exitium vel terminus a quo in-
cipit & ita quia illum per se presuppo-
nit dicitur esse principium per se ipsum.

Si veteris urgeas priuatio sicut
respectu fieri est principium per se cur
semper, & absolute dicitur ab Aristotele
principium per accidens. Respondetur
quod cum fieri sit imperfectius factus es
se, cum sit via & tendentia ad illud sp-
sum perfectum: hinc est, quod potius
denotetur ab eo, quod habet respectu
facti esse quam respectu fieri, quiavit be-
ne labellus, & hic intendit Aristoteles,
principia sciendi & essendi tradere, sed
principaliter principia essendi, vel in fac-
to esse recte, cuius priuatione per acci-
dens se habet, ut bene commentat. 66.
dicens generatum est, ex materia per se
cum sit eius pars, ex priuatione vero
est aliquid per accidens, cum non maneat
ita, ut sit pars generati.

Quatuor dubium est, quo modo Aris-
toteles dicat materiam debere cognosc-
i per analogiam, ad materiam artifi-
cialium cum alio quia dicat materiam cog-
noisci per analogiam ad formam, immo
hoc secundum videatur nimis difficile,
quia cum materia sit pura potentia, non
assimilatur forma que est actus, ergo
per analogiam ad illam non potest intel-
ligi: veritas hoc dubium labellus, octauo
metaphysices, & hoc de hoc capite
dicti: sufficiunt, ad laudem Dei optimi
maximi, Deiparaque Virginis Ma-
ria, ut ad eos nostrum diri-
gatur opus.

(c.)

Tex septuagesi. sept. quot igitur, & quæ sunt principia.

Invenimus Aristoteles, in hoc capite
est soluere obiectiones phisico, & ex
ignorantia materialis processere co-
quod necrum est sturgitur principia p-
se, & per accidens, erat vero illorum
objecio, si aliquid sit, vel ex ente, vel
ex non ente, non primum quia iam es-
set ens at quod est non sit: non secun-
dum, quia ex nihilo nihil sit, unde ob-
hoc negarunt generationes, & conse-
quenter dicebant omnia esse unum,
quia multitudinem generationum, vide-
tur supponere, qua talis resultauerit
multitudo, & ut eas soleat inquit has
propositiones ex ente sit, aliquid ex
non ente sit aliquid similes esse aliis
qua indigeni distinctione, scilicet non
ens agitur vel patitur, ens agit vel pati-
tur ex medico sit aliquid ex non me-
dico sit aliquid, sive alio quoque
modo loquamur, nam ista proposicio-
nes vel possunt sumi per se, vel per
accidens per se, quando enunciatur
aliquid desubito, quid ei conuenit per
se, & ut sic, ut de medico quod me de-
tur per accidens, quando etiam denunta-
tur aliquid quod re vera conuenit su-
biecto, sed non ut sibi, vel per se sicut quā
do de medico dicimus, quod edificat
hoc per accidens est, quia per accidens
fuit coniuncta ratio edificatoris, non
enim quia medicus edificat, nam hoc
accidit illi qui medicus est, aique ita,
medicus non sic sed per accidens est
edificator, cum medico similiter & is
ia ex ente sit aliquid & ex non ente sit
aliquid quia ex non ente per se nihil
sit nam non ens per se nihil est, & ex
nihilo nihil sit at ex non ente per acci-
dens sit aliquid pro quo est uota, est quod
hic sumitur particula, ex prout dicit
habitudinem partis componentis, &

ita ex non ente per se idest, ex priuatione, cui per se conuenit, ratio non entis, non fitens, tamquam ex parte componente, sed ex non ente per accidens, sicut est materia ratione, priuationis fit aliquid, sed quia antiqui non cognoscebant, hoc non ens per accidens, quod est materia, ideo negarunt, aliquid per se de nono generari, nam tantum cognoscet, non ens per se, quod est priuatio similiter dicit esse, distinguendas has propositiones ex ente: sit èsvel ex ente, si aliquid quia in quodlibet sensu per se falsæ, sunt quia ens, ut ens per se non fit nisi quando in termino à quo præcedit omnimoda negatio entis, id est nihil, ex nihilo autem nihil per generationem de qua loquimur, per accidens, sunt verae quia ex ente, sit ens non proutens sed propter tale ens, ut ignis, aqua, & ita præcedit intermixta priuatio ignis, vel aqua, quæ priuatio non est omnia nihil, quia habet probabilem aliquid positibam reale secundum materiam primam, & ita quavis ignis sit ex non igne, non fit ex nihilo omnino, sed ex aliquo non igne primo ex substantia positiuo habente priuationem eius quod sit.

Sed obiecit Aristotele hoc Ens idest ignis per se sit, sed hoc ens, est ens ergo per se sit ens. Respondeatur negando consequentiam, sed tantum per accidens, scilicet per aliud, nempe per ignem in quo est, & declarat Aristoteles exemplo. Si v.g. ex cane sit vermis, per se sit quodam animal, ex quodlibet animali, idest, ex cane vermis, & quia vermis est animal, per accidens sit animal ex illo cane, quia iā præcesserat animal intermixto in quo, sed per se sit vermis, quia non præcesserat, cōcludit Aristotele caput dicens quod quia ens, nec sit per se ex ente, nec ex non ente qualiter propositiones, tantum sunt verae tuor a sensu per accidens, immo nec sunt ex ente, nec ex non ente, sed quia possit aliquis obiectere, quæ sunt, ex aliquo sunt, & nec ex ente, nec ex

nonente. Ergo iam iam inter contradictionia, ut sunt ens, & non ens datur medium. Respondeatur quod ens & non ens in sua latitudine sunt contradictionia, & carent medio, sed tamen cum restrictione puta, ens aliquod, & non ens aliquod, non sunt contradictionia, ut aqua, quæ est ens aliquod, & non ignis, quod est non ens aliquod: Vnde sit generatio per se ex aliquo scilicet ex materia, quæ nec est per se non ens aliquod, sicut non ignis, sed ratione priuationis formæ generandæ, nec per se est ens aliquod, ex quo sit aliud scilicet aqua, sed est de se potentiora ad utrumque secundo modo facilitiore soluit objectionem antiquorum dicens. Id quod sit esse ens in actu, & ita fieri ex non ente in actu, quod tamen sit ens in potentia, & ita fieri ex eo, quod nec est, nec non est: deinde quod nec ens actu, nec non ens in potentia, sed ens in potentia, & nonens actu, quale est materia quam antiqui ignorantes debitarunt dicto modo, sed eorum soluuntur rationes per illius cognitionem & hæc de hoc capite.

CAPUT NONVM.

In quo reprehenditur sententia Plat. de materia, & quod priuatio, & materia distinguuntur.

Intendit Aristotele in hoc capite, agere de priuatione reprehendens antiquos, eo quod illius non meminerant, caput, vero ita est breue, vnde egeat partitio ne inquit, n. male aliquos antiquos inter quos

quos est Plato) cognoscentes materiam eam non distinxerat priuatione concedendo aliquid per se fieri ex non ente concedendo. s. argumento Parmenidi quidquid est præter ens (id est præter ens perfectum) esse non ens, ducabantur ad hoc, quia videbant priuationem & materia esse unum numero, id est subiecto ex quo inferabant esse unum, potentia prima ratione, sed male, quia quæ sunt numero idem possunt separari ratione, & probat id de materia & priuatione. Primo, priuatio est per se non ens, ita quod ratio non entis sit per se in essentia priuationis, at materia est per accidens, non ens prima ratione priuationis, ita quod ratio non entis non ingrediatur in eius essentia, ergo distinguuntur priuatio & materia. Secundo probat materia est prope substantiam (intellige primam perfectam) quia est pars in trinseca illius: at priuatio non est prope substantiam, quia non est pars illius; immo si opponitur ratione formæ inclusæ in substantia ergo materia & priuatio differunt, sed quia posset aliquis respondere pro Plato, dicendo illum posuisse priuationem, ut diuersum principium à materia siquidem posuit magnum & paruum, iurit A, per magnum, & paruum unum, & idem principium intellexisse Plato. Nép̄ materiam quam duplixi isto nomine significauit, neglecta priuatione, ratio ob quam illam neglexerat quia priuatio maleficū & corruptionem potius machinatur quam esse & generationem rei, quia ob id corrumpit res, quia materia est aliis formis priuata: at materia, est mater eorum, quæ sunt & permanent in re facta, quod non habet priuationem. Suam ramen Aristotil. opinionem constituit dicens esse tria

Tria principia primum diuinum quid & apriuci peribile, non quia sit Deus, ut vult The pia in mist. sed quia est forma quæ est participatio & imitatio diuini esse iuxta illud. Arist. 1. de celo. capit. nono ab illo supremo principio omnibus aliis, exactius aliis effuscatius esse viuere qui dependet, al-

terum principium hunc oppositum esse priuatio. Tertium est ipsa materia hanc formam appetens, & ex hoc probat iterum materiam distingui priuationem, quia priuatio non appetit formam, cum unum positum non appetat aliud per se, alias sui appetere corruptionem per se, cum ex opposito eue nisi uno, nec forma se ipsam appetit, quia se caret, cum appetitus dicat carentiam rei appetitus relinquit, ergo quod materia sit diuersa à forma, & priuatione, cum appetat formam; ut sui perfectionem, scilicet turpem appetit pulchrum, sed inquit materialism non esse turpem, nisi ratione priuationis, quæ priuatur pulchritudine formæ. Vnde A, intentum est quod cum forma sit appetibili debere illius ponit appetitum, & hunc non posse esse priuationem erit, ergo materia non tamē sola, sed cum priuatione quia ex hoc prouenit appetitus, est ergo ponenda priuatio: ut distincta à materia ratione. Deinde connumerat materia proprietas dicens illam esse incorruptibilem per se, quia eius substantia & potest permanet, dicitur vero corruptibilis per accidens ratione priuationis quam amittit, & quod sit per se incorruptibilis per se probat, primo, quia si esset corruptibilis: ergo fieret (intellige per generationem), quia generabile & corruptibile conuertuntur, sed quod genera-
tes, præsupponit aliquid subiectū prius se ex quo fiat, ergo si materia generatur per se erit antea quam sit, quia antea quæ generetur, præsupponit illud primum subiectū, ex quo debet fieri, sed ipsa est primum subiectum ex quo aliquid sit, ergo iam esset antea quam fieret, & quia fieri, est via ad esse fieret antea quā esset & eodem modo probat, quod non sit per se corruptibilis, quia cum incorrupto debeat ultimum aliquid manere: nempe subiectum in quo fiat resolutio, sequitur quod corruptetur, antea quam corruptetur cum corruptio sit prior illo subiecto remanente, quasi vellit dicere A, ma teriam esse primum subiectum præce-

Mater
ri. pro
prietates.
dicitur vero corru
ptibilis per accidens ratione priuationis
quam amittit, & quod sit per se incorrup
tibilis per se probat, primo, quia si esset
corruptibilis: ergo fieret (intellige per
generationem), quia generabile & corrup
tibile conuertuntur, sed quod genera
tur præsupponit aliquid subiectū prius
se ex quo fiat, ergo si materia generatur
per se erit antea quam sit, quia antea quæ
generetur, præsupponit illud primum
subiectū, ex quo debet fieri, sed ipsa est
primum subiectum ex quo aliquid sit,
ergo iam esset antea quam fieret, & quia
fieri, est via ad esse fieret antea quā esset
& eodem modo probat, quod non sit per
se corruptibilis, quia cum incorrupto de
beat ultimum aliquid manere: nempe
subiectum in quo fiat resolutio, sequitur
quod corruptetur, antea quam corruptetur
cum corruptio sit prior illo subiecto
remanente, quasi vellit dicere A, ma
teriam esse primum subiectum præce
dens

F. P. de Oña, Coment.

cedens generationem, & ultimum manens post corruptionem, ergo nequit generari, aut corrupti postquam de materia egit breuiter de forma prima, id est substantialia agit dicens, quod determinare, an sit una, vel plures, quæ, & quae sunt est meta, negotij, de formis vero generabitum differere ad Physic, sit pertinere, & hoc de litera.

ANNOTATIO
nes circa literam.

Primum dubium text. supra hæc capita verum sunt idem per se non ens, & simpliciter non ens. Respondeatur quod non, quia per se non ens est priuatio, cui per se conuenit ratio non entis, sed tantum pro formali, quia pro materiali ens positivum involuitur: at simpliciter non ens est nihil quod totam entis rationem tollit adhuc pro materiali: ab his autem duabus distinguntur, membra opposita per accidens non ens, sicut est materia condistinguit contra priuationem, quæ est per se non ens, non ens simpliciter condistinguntur à simpliciter non ente, hoc enim est nihil, illud vero est materia quæ est non ens simpliciter, id est ens imperfectum, quod non est simpliciter, & perfectum ens.

Secundum dubium, quare sicut datur una materia prima communis omnibus compositis, non datur una forma prima pariter communis. Respondeatur primo ad uerendo, quod communitas materie non tantum est secundum rationem, & in predicatione: nam & hoc dicit forma, quæ potest abstrahi à pluribus formis, & de illis ut communibus praedicari, sed est communitas secundum rem, & in essendo, quia eadem prorsus entitas realis materie secundum se, quæ antea erat sub forma corrupti remanet sub forma geniti,

super vniuers. Physic. Arift.

Secundo, dico rationem esse, quia forma concurreat ad generationem tamquā terminus ad quem, qui non semper est, sed variatur, quia antea non fuit, & modo iam est per generationem, & contra incorruptionem, ubi est terminus, a quo, cù antea fuisset, iam tunc non est: unde per illius variationem lumen variatio generationis: ad quod requiritur pluralitas formarū, ut sunt plures termini inuicē, sed succedentes in materia, sicut requiruntur plures priuationes in materia, quia sunt termini, à quo generationis, & ad quem corruptionis, ita quod non detur aliqua priuatio secundum rem cōmuniſ omnibus, sed pro varietate formarum variatione: at materia concurreat: ut subiectum cōmune veriq; termino, ergo debet semper eadem manere, debet ergo esse una numero, & ita secundum rem communis, ut in ea fiant generationes, & corruptiones taliter, quod ipsa ante generationem sit, & post corruptionem maneat, alias si res taliter fieret de novo secundum formam, & materiam, & pariter destrueretur totaliter: iam generatione non differret a creatione, nec corruptio à annihilatione, in quibus hoc ita contingit. Et si diccas cum Aulen, potentia materie est potentia cōmuniſ, ergo debet habere aliquid formam cōmuniſ sibi coextare scilicet corporeitatis. Respondeatur secunda consequentiam, quia potentia materie tantum datur communis, quia indifferens est ad plures formas recipiens, & ita est illis communis successivè habendo plures unam post aliam, non vero dicatur cōmuniſ, quia respiciat aliquam formam illis communem secundum rem, quia nulla talis datur, sed de hoc agere ex professo, pertinet ad librum de generatione, ubi explicabitur, utrum sit aliqua forma materie coextua, & hoc de hoc capite.

SUPER

SVPER SECVN DVM LIBRVM ARIS- TOT. PHYSICAE AVS- CVLTATIO. COM MEN- TARIA.

VNA CVM QVÆST. AVTHORE P. F.
Petro de Oña, S. Theologiae Presentato.

text.
1. co-
rūque
sunt.

IN TENTVM Arist. in hoc libro varie explicatur, ab au-
to. Juniores: namque dicunt
quod postquam Arist. agit in
1. de principiis generationis & rege-
nitæ hic agit de principiis motuum, qui tales
res genitas consequuntur, & sic agit de
causis motuum, ut in 3. libr. de ipso motu
disputet S. Thom. aliter declarat, quod
intencio sit agere de principiis incom-
plexis physice demonstrationis, qualia sunt
subiectum, ut ens naturale eius passio: ut
motus & subiecti definitio, & quidditas,
ut est natura: & tria in toto lib. præstat. 1.
definit naturam, & de illo disputat. 2. asti-
gnat differentiam inter Physicum & ma-
thematum, qui de eadem re videntur
agere. 3. agit de causis, ut declarat quomo-
do natura habeat rationem cause.

CAP. PRIMVM SECVNDI
lib. Summatex. Quid sit natura &
que dicantur babere naturam?

In tentum Ar. in hoc cap. est declarare
quid sit natura, capit. diuiditur in duas
partes, in 1. ponit differentiam inter natu-
ralia & non naturalia, in 2. ponit definitio
nem naturæ. In 1. parte, ut colligat definitio
nem naturæ quandam adducit divisionem,
scut fecit in lib. de anima, ubi ad collige-
dū definitionē animæ præmisit divisionē
animis inanimatum & non animatum, &

corū differentias, inquit ergo hic. Eorum
qui sunt alia à natura, alia ob alias causas
sunt naturalia: alia vero non natu-
ralia, differunt autem inter se, quia natura
lia, ut sic habent in se principiū intrinse-
cū sui motus, vel quietis. Secus vero non
naturalia, vel artificialia prima natura-
lia ex ipso quod naturalia sunt aliquo mo-
tu mouentur: cuius principium residet
in tali remota, ut talis est, scilicet grana
deorsum media sua grauitate intrinseca, le-
via vero sursus, media etiā sua levitate iste
autem motus triplex est, inquit Arist. localis,
augmentationis, & alterationis: at vero ar-
tificialia, prout artificialia sunt prima ra-
tionē sui artificialis figuræ in se non ha-
bent aliquem motum aut localem, aug-
mentationis, aut alterationis, sed ut sic om-
nino ab exteriori mouentur, ut patet in
cathedra, quod enim in cathedra (inquit
Arist.) mouetur deorsum, vel alteretur
id non habet ex artificiali figura, sed ex
materia naturali illi subtracta, scilicet
ex ligno, quod gravis est, ut deorsum fera-
tur, & corruptibile, ut possit alterari. In
2. parte definit naturam, sic, natura est prin-
cipium, & causa motus, & quietis eius, in
quo est. 1. & per se, & non secundum acci-
dens: cuius definitionis explicatio modo
omittitur, quia lōge est in genere postea
tractanda, tantū explicat, que dicantur en-
tia naturalia, & inquit quod sola substantia
com-

Desi-
nitio
natu-
re.

compositi, & probatur quia natura, vel est subiectum, idest materia, vel in subiecto, idest forma, sed sola substantialia composita habent materiam & formam ergo tantum sunt entia naturalia, deinde declarat quid sit ens secundum naturam dicens, hoc sumitur, & pro ipso enti naturali & proprietatibus illius, sed non inuoluit usus: ut pro solis proprietatibus sumatur, & communiqueret hæc tria natura ens naturale, & ens secundum naturam declarantur sic: natura est principium in trinsecum motus: ens naturale est quod habet tale principium: ens secundum naturam sunt proprietates dimanantes ab illo dubitat tamē A, cū prior sit, questio an sit quā quid cur ante questionem quid sit de natura non sicut eius, an sit declaratum, & responderetur quod an sit natura est per se notum, ut non conueniat in dubitationem veri non indiget aliqua declaratione, vnde dubitare de per se notis est signum hominis non valentis distinguere per se nota à non per se notis, cui accedit id quod accedit cæco disputati de coloribus qui tantum habet scientiam de voce, non de re ipsa, quia illam videre non valet, ita qui distinguere non valet per se nota, à non per se notis: nam habet a prætudinem, ut habeat scientiam de ipsa re: statim probat Arist. quod materia sit natura adhuc ex sententia antiquorum, enim id quod secundum se est informe permanens in generatione & corruptione vocabant materiam: ut in artificio lignum, æs, aut aurum, quæ destructis formis artificialibus manent, & ducebantur hoc argumento quod est substantia: cuiusque rei est eius natura, sed materia est substantia: ergo est natura, probatur id quod in aliqua re semper permanet quantumvis patiatur est eius substantia, sed materia est huiusmodi materia: ergo est substantia, & consequenter erit natura, & à signo sic ostendebat Antip. imponatur lignea statura sub terra, talis quod possit germinare ex illa producitur lignum, non statua, ergo lignum quod

super vniuers. Physic. Arist.
 materia erat eius substancia non forma, vel figura artificialis, & eadem ratione ostendit in rebus naturalibus materiam esse naturam, quia sicut lignum, aut æs manent idem sub diversis figuris artificialibus, ita materia permanet eadem sub diversis formis substantialibus, sive aquæ, sive aeris, sive aliorum concludit Aristot. antiquos omnes posuisse naturam, sed nō eodem modo, quia quilibet ut naturam ponebant substantialiam illâ quam existimabat principium, sed sicut in hiis assignatione inter se erant diuisi: ut vidimus in primo libro, ita in assignatione materia, sed dicebant omnes formas tantum esse quedam accidentia & dispositiones materia, quam materiam, vel principium dicebant non corrupti, sed perpetuo manere, reliqua vero dicebant mixtione diuersa corrupti, sicut Emper. qui quatuor elemēta ponebat perpetua mixta vero ex illis corruptibiliā aprobat autem Arist. sententiā antiquorum in eo quod materiam dicebant esse naturam, nō vero in modo assignandi materiam. Postea vero contra antiquos probat, quod forma substantialis, à qua sumitur definitio sit natura. Primo sic, sicut se habet artificiale ad formam articiale, ita naturale ad formam naturalem, sed nō denominatur aliquid artificiale à potentia quam habet ad tales formam, sed ex eo quod illam habet in actu: ut pater de ligno, antea quā habeat formam lecti, ergo non dicetur aliquid naturale per se lam potentiam: quoisque habeat formam naturalem, sed id à quo aliquid denominatur naturale est natura, ergo forma est natura, imò inquit formam esse magis naturam quam materiam, quia vñusquodque est magis tale cum est in actu, ac quando est in potentia, sed per materiam sit aliquid ens naturale in potentia per formam vero ens naturale in actu: ergo magis natura est forma quam materia, ipsum autem compositum inquit est nō natura, sed ens secundum naturam, id est, ens naturale, & inquit Ar. se hic non loqui,

loqui de forma quæ est realiter a materia abstracta sed de illa quæ est.

Et secundo probat formam substantiam esse naturam ideo forma statu non ponebatur natura quia statua non germinabat aliam statuam similem in figura illa sed tantum in materia scilicet ligno at homo producit aliud hominem, non tamen similem in materia sed in forma ergo non tantum materia sed forma habet rationem naturæ.

Tertio probatur mutatione denominated a termino ad quem ut de albatro ab albedine sed generatio dicitur natura ergo terminus ad quem debet dici natura sed forma est terminus ad quem generationis ergo forma est natura.

Sed obiectit contra se medicatio est mutatione & tamen non denotatur a termino ad quem quia non dicitur medicatio quia sit a medicina sed quia a medico procedit ergo nec generatio dicitur natura quia redit ad naturam Respondeatur quod est dispar ratio quia medicatio significatur per modum actionis procedentis ab agente & ita ab illo denomi natura & ita vocatur motus a quodam inquit ariat generatio per modum passionis ex aliqua materia in aliquam formam quod ex ipso concreto nasci clarus luce esset dicitur enim ex aliqua materia mutari ad aliquid formam immo cum priuatio sit principiū generationis ut terminus aquo aliquo modo inquit conuenit natura aut secundum se aut ratione formæ cui coniungitur in tali termino an vero hoc ita sit generaliter verum quod priuatio talem formam dicatur in termino aquod disputandum inquit erit in libro de generatione.

Ex his ergo omnibus constat, quid sit natura & quod sit duplex materia & forma in eocuod hæc sit magis natura & quod cō possitum sit ens naturale, & secundū naturam accidentia vero propria tantum sunt entia secundum naturam non entia naturalia hæc de litera capitinis.

ANNOTATIONES CIRCA LITERAM.

Primum dubium recte est quid intelligat Aristoteles per illa verba alias causas quando dicit quædam sunt a natura quædam ob alias causas & quāvis Theismi dicat quod intelliguntur electio a qua sunt actus morales, fortuna aqua mortalia ens a quibus artificialia nam hæc omnia dicuntur non naturalia nihilominus magis ad mentem Aristoteles quod per ea quæ sunt ob alias causas intelligentur artificialia. Tum quia ista maiorem habent cum naturalibus proprio ratiōne quam reliqua, cum quia hæc non est sermo de accidentibus ut sunt morales actus ex electione prouenientes sed tantum de rebus compositis quarum aīe sunt naturales alias vero artificialies nec hic naturalia contra monstra & fortuita distinguuntur sed ea omnia includuntur nomine naturalis ut distinguitur ab artificiali.

Secundum dubium quare Aristoteles tantum dicat animalia esse entia naturalia sed eorum partes scilicet manus & caput & quāvis Alexa Philopo & Theomisti dicant id secisse ut ponere discrimea in hoc inter naturalia & artificialia quod tam prima quam eorum partes sint a natura ac vero secunda & ipsa sint ab arte non tamen eorum partes sicut domus ab arte & non tamen ligna & lapides non placet expositiō primo quia & partes artificialium sunt ab arte vtebiculari muri & testa respectu domus secundo quia ligna & lapides respectu dominus non sunt partes integrantes domus sed materia partium & hæc non mirū quod non sit ab arte quia nec materia naturalium est a natura sed est ipsam naturam & tertio quia eodem modo posset loqui de partibus elementorum diecēt quod sunt entia naturalia quod tamen non sunt sed peculiariter id de viuebus

Annotaciones.

tibus dixit. Vnde placet expositio Tol-
leii. quod id fieret ad remouendam id
quod poterat esse, an cum partibus co-
rum sint diversa denominationis à to-
to. et in sint etherogenea, debeant dici
entia naturalia, sicut ipsum totū. Et res-
pondetur, quod sic, quia iahoe non sunt
diversa denominationis à toto, sed tan-
cum secundum peculiariē formam,
et viuentia sunt, & ita quia in non ui-
uentibus partes sunt eiusdem denomina-
tionis, non id dixit, sed ut clarum sup-
posuit.

Tertium dubium est erga finem
textus primi, ubi dividit Aristoteles
motum localem alterationis, & augmen-
tationis, quibus conueniant isti motus,
& quomodo, an omnes simul, an verō
seorsum, & prætermissa explicatione
simplici, ut merito hic à Toletō prie-
mititur, placet expositio Themistij, &
Alexandri, quam hic sequitur Toletus
quod scilicet hic non fuerit facta diuisio
mobiliū, ita ut cuius unus motus co-
uenit, non possit alios conuenire, quia
potest quod est idem possunt isti omnes
conuenire scilicet animalibus, sed tan-
cum est diuersio diversorum motuum
inter se iuxta diversos terminos ad quos
ita quod quædam sin mobilia, cui om-
nes conuenient scilicet animali, quæ lo-
caliter mouentur, augentur, & alteran-
tur alia, quibus vniuersitatem est scili-
cet cœli, quibus tantum conuenient mo-
tus localis, non alterationis, nec aug-
mentationis: reliqua vero residua cor-
pora, & mouentur localiter, & alteran-
tur, & ita duplex iste motus eis conve-
nit, quia augmentatio, quæ extra viue-
tia inuenitur, non est propria augmen-
tatio, cum nō sit perintussumptionem,
sed per iuxta positionem. His ergo sub-
iectis, & hoc modo conuenient dicti
motus.

Quartum dubium, quomodo hic Ar-
istoteles dicat quodam posuisse terrā,
et principium naturale, siquidē primo

Circaliteram.

de Anima 2. tex. 32. ait, quod omnia ele-
menta accepere iudicent præter terrā
quia nullus philosophus eam dixit esse
principium, nec valet dicere, quod hic
loquebatur de terra simul cum alio ele-
mento, qua ratione aliqui eam posue-
re principium, nos de ipsa sola, qui ra-
tione nullus eam potuit esse principiū,
ve dicitur citato loco de Anima non in
quam valet, quia hic Aristoteles loqui-
tur primo de illis, qui ponebant vnicū
principium dicens illud esse, vel terrā,
vel aquam, &c. dicens quidā vero que-
dam horum posuerunt. Vnde respōdes-
tur, quod nullus, qui esset philosophus
osuit solam terram esse principium,
& hoc docet in loco citato de Anima se
cundum sanctum Thomā expositionē
postea vero Hesiod posuit eam, & hunc
hic Aristot. intelligit quando ait, quidā
vero terram, &c.

S U M M A T E X T V S

CAP. SECUNDI. Quomo do differat philoso- naturalis à mathematico?

I

ntendit Aristoteles in hoc capite po-
nere discrimes inter physicum ex-
vna parte, & mathematicum ex alia. Po-
neat Aristoteles dubium an scilicet physi-
ca differat à geometria, quam intelli-
git nomine mathētā. ut Simplicius do-
cet, & ratio dubij est, quia artifices dif-
ferentes de eisdem rebus non vidētur
differre, sed de eisdem disputant ma-
thematici, & physici, scilicet de corpo-
ribus superficiebus lineis, & punctis, et
go non differunt.

Aliud dubium poterit, in scilicet physica
differat ab astrologia, quæ quodam modo
à mathematica differt cū sit subalter-
nata geometria, & ratio dubij est, eadē
quia utraque disputat de celo, & astris
& reli-

& reicit quādam solutionem dicentem, quod differunt in hoc quod plū cū agit de soli substantia cœli, non de acci entibus de quibz astrologus, dis- p̄t̄at rei oī inquā quia eadē est sciētia, quā substantiam & ciasc. idenitā consi- rat, præterea quā Physicus agit de cœlo vi sphæricus est de līj eius acci enti- bus vt de motu & reliquis soluit ergo, dubium dicens quod, & si tractariit ac- cīst̄ in rebus iuxta tamen ratione & hoc sufficit ut sicut dixerat scientia nām physicus illa considerat de corpore nat- urali & sensibili considerando, vñg, su- perficies prout terminat corporis na- turalis at vero mathematica eis i- derat ita absolute & secundum se.

Secundum differunt quod physi- cus hēc non abstracta motu & mate- ria sensibili, sed potius illam conce- nit geometria, vel mathematica, ab illis abstrahit non te sed intellectu, quod non inconvenit cum abstrahen- tiū non sit mendacium nam ista ab- stractio est siimplex consideratio unius, sine alio sine aliquo iudicio neganti, eorū coniunctionem realem & ita non est ibi aliqua falsitas codem enim dis- crimine primordiū it physica ab astro- logia cuius physica considerat figuram cœli & eius motum, secundum qualitatem in primo vt sicut naturalia & a sub- stantia naturali procedunt & vñ sunt cau- sa motuum horum infinitum at ve- ro astrologia agit de figura & motu cœli secundum quantitatem primo pro- vi conuenienti corpori quanto abstra- hendo a quacunque qualitate sensibili & anima ipsius cœli, vnde repre- hendiē Piatonem qui ponebat idēas rerum naturalium ab abstractis realiter a rebus na- turalibus & sensibilibus quia mathe- matica quā magis abstrahunt a mate- ria sensibili, ab illa secundum rem [ut vidimus] non abstrahunt sed sec- undum rationē ergo multo minus separabuntur res mathematicæ quam

physicæ: probat sic quia definitiones reram physicarum concernunt mate- riam sensibilem vt patet in carnis, & alijs quā non possunt sine materia se nu- sibili definiri at vero definitiones de re- bus mathematicis bene possunt sine materia sensibili definiri & sunt numero- rū pars impar figura curbum rectum, &c.

Et declarat hoc exemplū dicens, quod sunt simum & curbum dicunt & di- quitatē diuersimode tamē quia curbum dicit causam in communī non deter- minando aliquam materiam. Simum vero in particulari determinando ma- teriam scilicet nassum ita mathematici- ca sua res definit non concernendo aliquam materiam determinatam sicut est materia sensibilis at physicā causam determinando sed de opinione Platoni- ci circa sām diximus in logica. quā. ii. 2. vñiversali.

Deinde texus secundo intendit Ari- stoteles soluere illud secundum dubitū quod de physico & astrologo p̄ssuerat quod similiter poterat esse de musico, & perspectivo cū hi omnes aliquā sea- sensibile & naturale iuxta etiam vñlē me- dius sunt inter pure physicum & pure ma- thematicum ut est geometria vel arith- metica & consistit in hoc quod physica non agit de lineis superfciebus & figura- tis & cōsecundū sed vñlē termini & pro- prietas substantiæ naturalis quod est dicere physicā habet pro obiecto substantiam naturalē & de his dictis foliū tractat ut de consequentiis suum obiectū at vero tamē pura mathemati- ca ut geometria & arithmetica quam- mīate ut musica perspectiva, & astro- logia agent de his rebus secundum se- primum tanquam de obiecto diuersimode tamē qui pura mathematica agit de his rebus secundum se & in co- munī non descendendo ad materialē sensibilem sicut geometria de linea in communī, & de figura in communī

arismetica similiter de numero in communia vero perspectu de linea in particulari scilicet visuali & musica de numero in particulari scilicet sonoro astrologia de figura in particulari scilicet caelesti unde merito ista duæ dicuntur media inter phisi. & pure metra. quia a primis accipiunt determinationem materiae sensibilis per quam differunt secundis quibus accipiunt agere de his rebus secundum se scilicet ut de obiecto in quo differunt a primis ex hoc interfisi non tantum performant sed etiam per materiam definiri sed non per solam materiam quod significat illaverba Aristoteles phisiæ non sunt sine materia ac non sunt secundum materiam ut diximus quæ si primi prohemiali ad locum.

In secunda parte proponit aliud dubium duobus modis & est cum sit duplex natura, alia materia, alia forma de qua disputet phisiicus an potius de viraq; & iterum idem dubium proponit inquirens an vnius scientiae sit considerare materiam & alterius considerare formam & Redet quod secundum antiquos faciliserat huius dubii. solutio quia isti vel tantum cognouerunt materiam & non formiam vel parum de forma cognouerunt ut patet in Empedocle qui plurapossint principia materialia forma quodam modo differentes sed iuxta suam sententiam Respondebat Aristoteles absolute quod utriusque consideratio pertinet ad phisiicum & probat triplici ratione prima ars in quantum potest imitatur naturam ergo sicut se habet ars in consideratione artificiarium ita se debet habere phisiicus agens de natura in consideratione rerum naturalium sed quilibet argumentum non tantum formam considerat sed & materiam usque ad certum limitem ergo & phisi. utrumq; debet considerare scilicet materiam & formam. Nam cum considero naturam & haec sit principium motus, & quietis eius in quo est,

& non solum materia, sed etiam forma sint principium motus & quietis. consequens est, ad phisiicum tam materialiam quam formam spectare, patet, quia phisiicus considerat ens ut mobile ergo ut compositum ex materia & forma que sunt principium motus. Deinde hoc probat Aristotele inductione quia ars medicina non tantum sanitatem formam considerat sed etiam materialiam ut bilem & pueritam & ars domesticatoria non tantum formam domus considerat sed materialiam putat lateres, & ligna &c. sed dixi usque ad certum terminum quia tantum materialiam proximam considerat non remota scilicet domesticatoria lateres considerat, & ligna non vero arbores, & terram ex quibus ista sunt quia sunt remota materia similiter medicus corpus sanabile respicit in quantum humoribus contrarijs constat non vero in quantum est substantia vel corpus quia ut sic nullus habet contrarium, & neque est corruptioni expositum cui i occurrit officium est medici secunda ratio est eiusdem scientia est finem, & media eiusdem considerare, sed materia est medium ordinatum ad formam tamquam ad finem ergo eiusdem est scientia utrumque considerare & adverte quod finis non sumitur hic pro extremo aliquius rei ut solet sed pro causa finali qui est id eunus gratia est aliud probat minorem id quod est terminus alicuius motus continui, & non interrupiti est ultimum & cuius gratia illius sed generationis continua forma est terminus ergo est ultimum & cuius gratia illius.

Sed ut intelligamus vim huius rationis est notandum quod de ratione cause finali sunt duo, secundo quod sit exercitum operationis, prime quod sit illud exercitum cuius gratia fiebat talis operatio & quod primū non sufficiat patet quod mors est exire

et extremum vita sed quia eius gratia non sit vita ideo mors non est causa finis vita: ob quod reprehendit poetam quem Euripidem esse docet Philos. eo quod de morte cuiusdam loquens dixit extra finem eius gratia factus est, & ad hoc in finem andam in sua ratione Arist. posuit illam particulam non interruui qui du pliciter aliqua operatio habet terminum vel ex aliquo adveniente impeditamento sicut si quis intendat ire ad templum & consequatur indulgentiam & in medio itinere detineatur illud extremum motus non est eius finis quia non est illud ad quod ordinabatur talis motus vel quando consequitur extremum intentum sicut si ab aliis aliquo impedimento iste talis veniret ad templo illius extremum esset finis quia est id aliquid ordinatur actio quia ergo forma est terminus generationis non interrupit beatitudinem quod sit illud extremum ad quod ordinabatur actio, & ita quod sit verus finis cuius gratia sed postquam Arist. probabit quod forma sit finis cuius gratiae materia probat de materia quod sit medium ordinatum ad formam quia si sit etiam materia in artificiis, ad formam & eius opus ita se habet in naturalibus sed in artificiis materia est propter formam non dicunt sicut quia materia naturalium non sit a nobis sicut sit materia artificalis ergo etiam si sed ut hanc minorum probet Arist. in virtute adducit hanc divisionem a se etenim lunt enim in tercia differentia quedam enim faciunt materiam vel absoluunt artes faciendo lateres & regulas. I quodam modo disponendo materialia ut artes dolandi ligna & scindendi lapides & has vocavit rationes materialies effectrices non vero speculantes & cognoscentes aliae vero sunt quae in facta materia introducent formam ut artes dominicatoria quae ex lateribus & lapidis iam scissis domum construunt & has vocant non factrices sed speculantes quia efficiant sed non materialiam sed dampnataxat formam & has in

quit esse architectonicas vel domesticas trices primarum quia illis imperant quo modo debet facere materiam suam formam inducendis accommodatam sicut Triremis imperat olatrici ut debet levigare & dolare ligna ad formam Triremis ab ipsa inducendam dominatoria imperat lateraria ut debet facere lateres ad formam domus inducendam ab ipsa, alias sunt artes in tertio gradu que re facta videntur & iste dicendus sunt, viles & dominatorios secundarum, sicut nauta respectu Triremis quia imperat illi qualiter formam debet tribunum huius ad motus & versus quibus ipsa vult ut & hoc etiam ordine imperat militaris equitri, equestris vero frumentariis quia haec materiam frumentarii camponendo equestris vero iubet qualiter debet materiam disponere ut formam fixam ab equitri intentam illi inducat militaris deinde imperat equitri qualiter pebeat formam intendere ad motus, & versus quibus debet militaris ut freno.

Reddit vero rationem harum artium dicere eam esse quia nos sumus quodammodo omnium finis, duplum autem esse finem alterum cuius gratia scilicet res quae desiderabunt a tepta, alterum finem quoniam adoptionem & consequitatem praedicti finis sed de his modo non differit, sed differt ad sequens capitulo tamen hac divisione haec potest minor priuatio deducens factiva materias est subdita & ordinatur ad architectonicam vel factivam formam vel vissualem ut medium ad finem ergo materia considerata a prima arte est medium ordinatum ad formam & vissum consideratum a secundis & consequenter in artificiis materia est medium ordinatum ad formam & eius opus quod erat minor intenta,

Tertia ratio eadem est sciencia correlativa sed materia & forma sunt correlata ergo pertinet ad hanc scienciam declarat minor quia materia est ad

Annotationes

circa literam.

formam & alia materia ad aliam formam.

Dubium deinde Arist. mouet quomodo phisi considerat formam & Responderet quod sicut medicus morbum & faber & considerant non absolute sed ut sit acced modatur formæ ita phisi. formam considerat ut aptam ad generationem, tales autem formæ sunt inquit illæ quæ reæliter sit in materia quâvis ratione posse separari, sive sunt hominis & solis formæ de quibus dicitur sol & homogeneant hominem de formis vero omnino separatis quid sint metaph. inquit est contemplari.

ANNOTATIONES circa literam.

Primum dubium text. est quo modo abstrahentium non sit mendacium cum mendacium consistat in hoc quod est aliter cognoscere quam est in se & qui abstrahit rem a littera, cognoscit quam an se est quia res est conjuncta & contracta alijs & abstracta & separata intelligitur.

omnibus quiescant, ita quod illos non
transgrediantur, immo nec in omnibus
est item finis, nec in singulis om-
nis finis, in quibusdam vero finis de-
terminatus & in aliis aliis, quem fre-
quentier attingatur, & semper attingeret,
si non impeditur, ergo agit natura pro-
pter finis, & ita experientia docet in atri-
buto plantarum, animalium, & elementorum
que nunquam quiescent, nisi obtent
fine proprio.

In secunda parte capituli alii mo-
nia antiquorum excludit, qui dicebant

F.P. de Oña com super

effectus naturales esse a casu quia etiā a natura sequuntur sed ab illa non sunt inventi hoc reiicit Ari. quia ad rationem fortunae & causam tantum requiritur quod ut praeter intentionem sed quod nec semper nec frequenter eveniant sed esse effectus naturales aut temper aut frequenter eveniunt ergo non possunt esse causales, & fortuiti immo eo ipso quod temper aut frequenter eveniunt sunt intenti si non a natura saltem additrigenti illam ultimum motuum excludit qui adictebant antiqui naturam uon agere propter finē quia non deliberat nec statut consultatio & hoc reiicit quia aliud est agere propter finem aliud vero agere ex proposto quia agere propter finem solum est quod actio agentis tendat, & dirigatur in finem nol vero importans cognitione illius finis lubratione finis quod requiritur ut agens sit apropósito Ari. autem hoc pr. quia ars agit temper propter finem & tamen non virtut deliberatione ergo non recte ex hoc sequitur non agere propter finem antecedens patet, quia faber lignarius non deliberat an ex ligno debeat facere arcam sed hoc facit sine de liberatione ergo similiter natura potest agere propter finem quanvis non agat deliberatione, & assimilat naturam arti quia solum differunt in hoc quoddam esse fortuna externa effectus artificioso at vero natura est forma interna effectui naturali immo subdit Ari eodem modo faceret ars suum effectum ac si esset in ligno ergo sicut tunc ageret propter finem sine deliberatione ita, & modo ageret propter finem & praeter deliberationem & hęc de hoc capite.

C A P . N O N V M .

Vnde petatur necessitas
in rebus natura-
libus.

vniuersam Phys. Aris.

IN centum Aristot. est declarare unde petatur necessitas in effectibus naturalibus in prima parte determinat hanc questionem in secunda declarat quomodo duplex necessitas hic declarata pertineat ad phisi. ad primum deuenit do supponendum est esse duplex necessarium absolute vel ex parte materia & alterum ex suppositione vel ex parte finis si cūt est necessarium terram esse duram primo modo & ex parte materia, & si cūt est necessarium cibis secundo modo modo ex parte finis ad conservandam vitam citat opinionem antiquorum hinc enim cum non ponere finem totam necessitatem ponebant in materia vnde erga tū quare demus habeat quasdam partes sursum & quasdam deorsum dicebat quod habent quasdam partes graves, & quasdam leves vi lebes sint sursum graves vero deorsum Responderet ergo Ari. quāstionē citat quod necessitas nascitur a materia sed rursus necessitas materialia fine desumitur unde domus est talis quod habet talē materialia sed ad huc habet talē materialia quia ad talē fine ordinatur seculicet vi nos descendat ab iurijs & lestibus unde concludit necessarium esse a materia sed non ut in fine explicit autem hanc necessitatem dicendo ita se habere sicut præmissa vera inferunt necessario conclusio nem veram sed conclusio vera non necessario supponit præmissas veras valeret tamen quod si conclusio non est vera præmissæ non erunt vera.

Finis vero habet rationem præmissarum & maioris conclusio quia sicut conclusio habet veritatem desumptam ex principio numero non vero ē contra ita materia habet necessitatem desumptam a fine non vero ē contra nempe finis a materia & ideo solet communiter dici quod finis in practicis est sicut principium inspeculabilibus sed quia posset alii quis dubitate cuius sit finis principium Responderet quod est principium non actionum & operationum quibus res

Annotationes

ses sit sed cogitationum quod est dicere non est principium motus executionis in opotius terminus & effectus sed est principium motus intentionis excitando appetitum a genitio, ut res suam do ponit exempla eorum quæ dixerat dicens bene valeat finis domus qui est eius forma ergo lapides, & ligna quæ sunt materia, sed non valeat lumen lapides & ligna ergo forma vel finis & venie valeat lumen est ergo est ferrum quod est eius materia non contra, & negative tertiis valeat non est ferrum ergo non est lumen sed non valeat, non est terra ergo non est ferrum, sicut diximus valeare præmissæ sunt vera ergo conclusio, sed non contra negari ut verobene valeat, conclusio non est vera, ergo per eam se concludit ergo in rebus naturalibus esse necessarium ex parte materiae, & ex parte motionum materiae ut quia etiam aliquis rubeus factus quia scilicet mutatione sanguinis facta est circa faciem.

In secunda parte dicit utramque necessitatem materię, & finis pertinere ad phisicum, magis tamen pertinere necessitatem finis, quod probat primo quia ratio necessitatis modo sumitur ex fine non contra, Secundo quia in demonstratione potius stimulat forma que se habet ut finis quam materia et inquit principio demonstrandi & hoc tam in naturalibus quam in artificialibus sed non ob id excludendam esse materiam quia etiam solet in demonstratione assumi ut ad demonstrandum quod lumen fecerat sumimus ut medium quod habeat dentes duros, sed hoxita habet quod ferrea est & haec de litera.

ANNOTATIO nes circaliteram.

Primum dubium in text. est erga septimum caput text. Tertio quare Arist. dicat quid forma & efficiens coincidunt in sepe non semper sed frequen-

Circaliteram.

ter Respondet rationem esse quia in generationibus viuocis generans & genitum sunt eiusdem speciei, & ita forma generans quæ dicitur efficiens coincidit in specie cum forma genitiæ que dicitur absolute forma quia non est ut sic efficiens & finis generationis pro cuius intelligentia est notandum quod duplex est finis, alter generationis, alter tertiæ genitæ finis generationis est ad quæ proxime ordinatur generatio & iste est ipsa forma & de hoc Ari loquitur quādo aut quod forma, & finis ibidem numero concidunt, finis vero tertiæ genitæ est ad quem tota res genita ordinatur & hic est operatio de fine ergo primo loquitur Aristoteles in hoc capite, & reliquis duobus & ita dicit quod forma mathematica non est finis quia non consideratur sub ratione generationis ad quam necessario dicit habitudinem dictus finis non tam coincident in idem specie forma, & efficiens in generationibus viuocis quæ rariores sunt.

Secundum dubium erga text. 71. quare Arist. scilicet numeraverit libro de celo a reliquis philosophiæ Respondet rationem esse quia magis abstrahit celum a sensibiliis & a mutationem varietate quia nec subdit qualitatibus sensibiliis nec diuersis specie quia motus sed tantum vii motui scilicet locali.

Tertium dubium quomodo Ari hic text. dicto & 73. dicat mouens in motione ut est Deus non est phisice sed metaphysicæ considerationis cum octauophisi expresso egerit de primo motore primo immobile Respondet cum Iavello q. 27. quod dupliciter potest agi demonstrante immoto primo quantum ad essentiam & prædicata quiditatua ut quod sit purus actus immaterialis incorruptibilis &c. & hoc est metaphysicæ negotijs secundo quantum ad existentiam & haec ratione quia eius existentia nobis inotescit ex motu quem in nobis causat ideo ut sic pertinet ad phisicæ eius consideratio & ita factum est. 8. phi. sed dices salie ratio hec

h[oc] ab Arist. aducta nulla est quia tedit pro ratione quod mouere immorum in se non habet principium motus quodkal sum aperatum in se habeat potentiam motuum quae est principium motus cuius motus Respondeatur quod Arist. tantum intendit quod non habeat principium motus in se ipso quod est dicere non esse eum naturale nec receptib[us] sui motus & ita cum non continetur sub obiecto philosophiz non pertinet ad physicum quia illa potentia motiva est principium motus in alio.

Quarum dubium text. est erga text. 752. capit. quomodo Arist. dicat antiquos omnem necessitatem ponere in solam terrenam si quidem Arist. exempla in ea & sufficienti aducuntur aducit enim calidum & frigidum ex quibus quia talis sunt naturae dicit talis fieri effectus ut quia frigidum est potens descendere deorsum ideo ex eo sunt radices & quia calidum est natum ascendere sursum ex illius ascensi sunt flores in arbore calidum autem & frigidum ex Arist. secundo de generatione actiū sunt aliud etiam exemplum text. 76. de aqua sursum tracta & illie ingrossata ut in plumbum converteretur causam die it efficientem tractionis Respondeatur cum Iacob. q. 15. quod cum intentio finis in agente sit ratio formalis agendi nam ex eo quod a fine mouetur & illud intendit formale est actiū & antiqui substulerunt finem consequenter substulere efficiens formaliter. & hac ratione debet intelligi quod dicunt necessitatem vendere ex sola materia & non ex efficienti formaliter quia istud auferitur ablatu fine.

Secundum dubium est erga text. 83. contra ilam septimam rationem Arist. qui probat non esse in animalibus monstrua composta ex diversis speciebus ut homines & boue quia inde sequeretur quod deberent esse in plantis cum sit minus sollicita natura in eorum generatione & quod Arist. aducere vera non est quia per insertionem videmus duas species

plante coniungi ergo iā tuit Ari. ratio Re Alex. q. loqu[us] de natu[re]li generatione per quā partes rei genitae cōtinuā producūt & hac ratione nūquā duæ species plante coniungātur quia quæ specie differunt non posunt cōtinuari alias cū cōtinuāntur vñ numero datentur duæ substantiae specie diversæ quasi vna numero essēt q[uod] repugnat at inferius dicta non per naturā sed per artem sit & partes ibi tantum sunt cōrigue non cōtineat vnde hoc non tollit vim argumentū Ari. quod in hoc cōsistit ratio calus magis appetit in plante quam in animalibus cū sit minus intēt[us] a natura & imperfectiores sed ad casus sufficit quod in animalibus sint monstra ex duplice specie fata ergo & in plantis sufficit cōtra est fallit ergo in modo cū in monstris nūquā geretur effectus omnino dissimilis ei quod intēdebarut sicut non generat homo pro homine equū aut equus pro equo hominē, sed aliud magis accedens ad naturā proprij effectus probatur plane quod proprias effectus erat intentus est monstrum non multū ab illo possit descendere.

Sextū dubiu[m] est erga te. 84. videt enim ratio. 8. Ari. siue formetur secundū S. Th. qui eā sic f[ac]tit, si omnia sunt a casu ergo eadē species animalis ex quo vis semine posset indistincte & indeterminate produci cū calus sit omnino indeterminatus sic ergo quodlibet semen posset aquabis alio produci videt in qua nulla quia quāvis nos de falso ponamus calum nō recte sequitur homo monstruos sit a casu ergo potest aequalis alio agente circa hominem fieri & quāvis inuenio thesauri sit casualis nō sequitur potest a qua vis alio circa hominem fieri ergonō debet sequi cōtra antiquos & quo i sit casus in omnib[us] quod possit eadē species alijs ex quo vis semine generari aut ab eadē specie animali q[uod] vis semē produci Resp. cū Iacob. q. 34. negādo pariter rationis quia etsi nos dicamus aliqua fieri acal[us] plura ma alia dicim[us] fieri ex intentione naturæ immo omnia naturalia agentia esse ex sede fixata

Rinata ad certos fines, & effectus quan-
uis aliquando in eorum actionibus sit de
effectus aliquis a fine intento quia ex eo
quod non potest esse tantus quod a quo
vis alio agente posset fieri arguit ut vidi
mus effectus esse a natura intentos & ita
contra nos non concludant at vero cum an
tiqui omnia dicunt fieri a casu nullam po-
suntponere determinationem in hoc a-

geste ad patius producendum hoc quan-
tum illud, & ita sicut sunt haec res casu pro-
ducta ab hoc poterit produci ab alio aus-
si ab alio quam hoc non potest signum est
quod ab illo intendatur, & ita quod non
omnia sint a casu sed aliqua sint a natura
intanta ob suum peculiarem finem & haec
de hoc capite.

SUPER TERTIVM LIBRUM ARI. PHYSICÆ, auscultationis Commentaria vna cum questionibus. AVTHORE P. F. PETRO DE OÑA Sacræ Theologiæ Presentato.

CAP. PRIMVM

*Physico agendum esse de mo-
tu & de alijs affectioni-
bus naturalibus.*

ARIST. in hoc cap. propositis intentione tertii & quarti libri quoddam aducit suppositiones ad definitionem motus inquit ergo quod cum in secundo libro actu fuerit de natura & haec sit principium motus agendum est modo de motu, & quia motus sepe solet designari per infinitum, cum sit de genere continuorum quorum ratio est per se dividitur in infinitum ideo dicit se actum de infinito, sed quia mo-

tus mensuratur per tempus & sit in loco vel ad illum terminatur, & antiqui dicebant locum esse vacuum ideo dicit, se actum quod hæc sunt communia entium naturali, & hic traditur scientia communium. Sunt inquam communia tempus locus, & motus.

In secunda parte quatuor supponit.

Primum est eorum quæ sunt quædam sunt in actu, quædam in potentia. Et quæ sunt in actu subdividuntur in decomposita dicamenta. Secunda suppositio, ea quæ sunt ad aliquid quædam secundum excessum, & descessum quædam secundum motib⁹ & mobile actuū, & passiuū. Tertia suppositio motus non est preter res ad quas est motus. Quarta suppositio inquitlibet pœ dicamento est duplex act⁹, & forma sicut est duplex oppositū alterū perficulum, al-

terum imperfectū, secundum quā duplex est motus in quo quis prædicāmento alter ad perfectum, & alter ad imperfectum, ut in substantia, generatio, & corruptio in quantitate, augmentatio, & diminutio in ubi, sursum, & deorsum & in qualitate sunt varia contraria. Vnde colligit, tot esse species motus, quot sunt species entis, & hæc de hoc capite.

CA. SECUNDVM.

Quid sit motus.

Aristoteles in hoc capite primo definiunt motum, secundo probat eius definitionem, ad primam partem devenerendo ex prima suppositione colligit definitionem motus, dicendo esse actum in potentia secundum quod in potentia, ut alteratio est actus alterabilis & alterabile est, & generatio est actus generabilis & generabile est, & ratio, seu motus localis est actus mobilis localiter & ruit mobile est. Vnde ex dicta inductione concludit omnem motum esse actum entis in potentia secundum quod in potentia.

In secunda parte eam incipit probare, & primo, quod motus sit actus probat sic. Id quo posito, quod erat in potentia, sit in actu, est actus, ut adificabile positi adificatione actu adificatur, & ulterius alii multis expensis: ergo motus est actus. Ad probandum vero aiam partem definitionis superponit hoc fundamentum, quod idem potest esse in actu, & in potentia, vel successione respectu eiusdem, vel simul respectu dinierorum. Ex quo infert quod mouens phisicū mouet, & agit, mouetur, & patitur, primum est in actu secundū propter est in potentia. Vnde agendo repatriatur, & repatriando agit, ut calidum actuale facit, & ut frigidū in potentia frigescit.

Vtrum vero omne agens & mouens simul mouentur, & repatriatur ut Heliocetus, & Democritus dicebant, postea videtur, modo ergo probat intentum

sic. Quanvis motus precedat ab aliquo existente actu tanquam ab agente, vel in se, vel in alio, sed recipitur in passo, non quā, & in actu, sed alia de causa scilicet ut est in potentia. Et probat quia motus, quo sit status non est. Prout aqua est æs, sed prout est in potentia status, nisi velis dicere, quod idem sit formaliter actu æs, & potentia status, quod est falsum, est ergo mutus actus entis in potentia secundū, quod in potentia. Et quod differant ratione esse actu subiectum, & esse potentia ad eam formam, quanvis realiter idem coincident, probat. Si idem est aliquid subiectum esse egrum absolute actu, & esse in potentia sanum, ergo similiter erunt idem esse absolute sanum actu, & potentia ægrotum, cuicunque illuc sit maior ratio quare una potentia identificetur cum actu absoluto subiecti, quam alio, ergo sequitur, quod idem erunt potentia sanū, & potentia ægrotum, & consequenter erunt idem actu sanum, & ægrotum. Quia sicut potentia alias diuerget quia vniuersit in subiecto cum illo identificantur ratione, ergo & actus similiiter debent identificari, quod est absurdum. Ergo dicendum est, quod esse actu subiectū absolute, & esse potentia tale differant & ita autem notanter fuisse dictum motu esse actum entis non prout cūque, sed ut in potentia est. Modo ergo probat definitionem cōsueti cum definitione sic. Illud est motus, quo posito mobile mouetur: sed posito actu dicto entis scilicet in potentia secundū quod in potentia mouetur res, ergo talis actus estimatus, & contra motus est talis actus: & probabitur minor, quia adificabile mouetur ante adificationem, vel post, vel quando illa est, non ante, quia tunc sola est adificabile, & nullo modo adificatur, cum sit ante adificationem: nec post illa, quia iam res est adificata, ergo non adificatur cum post adificationem non maneat adificabilis: restat ergo, ut mōvatur.

voatur quando est ad divisionem, ergo ad divisionis motus est actus entis in potentia secundum quod in potentia, & ita inquit esse dicendum de quocunque alio motu cuiusvis mobilis.

Probat definitionem hanc bonam esse primò comparando illa ad definitiones antiorū, quæ sunt *materia*, Secundo, quia difficile est aliā innenire, quia motus sub aliquo genere, quam actus nō potest contineri, & ad primum aducit definitiones antiquorum, quidam dicebant, motum esse alteritatem, aliī in qualitatē, aliī nonens, quod est falsum, cum tamē possint hæc tria reperiiri ibi non est motus ut patet, & secundo probat ex termino ad quem, quia aliquando motus terminatur ad simile, vel ad æquale, vel ad ens, ergo potest reperiri motus sine alteritate inqualitate, aut non ente patet consequentia, quia motus non est præter res ad quas est motus, ergo si ista res inueniuntur sine illis tribus, ergo & ipsi motus. Tertioprobat exterminalia quo, quia non semper motus procedit ab altero, ab inaequali, & nōente, ei go potest motus sine his reperiri patet consequentia, quia motus est quædā via inter prædictos ierminos, ergo tales termini possunt si ne illis inueniri ergo & motus.

Reddit vero Aristoteles rationem quare anti qui dicebant esse non era, quia non est in aliquo prædicamento determinate substantiae, qualitatis, quantitatis, &c. & iterum reddit causam quare motus ab antiquis dicebatur esse indeterminata natura, quia ne videatur esse potentia cū ea, quæ præcise sunt in potentia, vt sic non mouetur ut patet in calefaetibili visic nec actus: quia quæ sunt in actu non mouentur ad il quod habent in actu ut quantū actu non mouetur ad quantitatē, sed hæc rationem solui Aristoteles dicens, nec esse actu perfectum, nec potentiam, esse tamen actu imperfectum, quia ens in potentia cuius est actus, imperfectum quid est. Declarat modo quid sit subiectum motus, & primo ponit hoc fundamentum, quanvis

mouens, & mobile moueri possunt dimerū mode, quia mobile est ut mobile est, mouens vero per accidens. Secundo sit illud mouens per accidens moueri, quidam mouetur, quod est aptum moueri, quod dicit ad excludendum agentia immateralia, quæ non sunt apta moueri, mouerunt scilicet physico, quanvis illo mouerant aucti, & addit aliud signum, dicens, illud mouens esse aptum moueri quod quando non mouet dicitur quiete, ratio est, quia quies, & priuatio motus insubiecit apto ob quod excludit corpora celestia, quæ ita mouent quod non quiescunt, & ita omni specie motus mouent, & tamen ipsa solum localiter mouentur. Nam alterant, & non alterantur generant, & non generantur, augent, & non augentur, & localiter motu recto mouent, elementa, & tamē localiter recte non mouentur, constat ergo ex his omnibus motus mouendo moueri & ita nō conuenient perse mouenti, ut moueat, quia quod est perse conuenit omni habent eandem rationem, & ratio est, quia mouere ut sic solum est agere in aliquo mobile, sed quia hoc fit tangendo mobile, hinc est quod ab illo mouatur & ita mouens ut mouens per accidens mouetur quia non ut mouens, sed inquantū per accidens in idem coincidunt, mouēs, & mobile Ex quo inferte, quod intendebat, motu esse per se actum mobilis, ut mobile est, quia motus in motu, aut mouenti tantum est per accidens in quantum, talia agendo patiuntur. Reddit vero rationem quare mouens, ut sic, non moueat, Et respondet quia ut sic est in actu per aliquam formā, vel substancialē, vel totalem, id est qualitatem vel tantam id est quantitatē, quæ forma est principium motus cum mouēs mouet mobile, vero est in potentia ad talēm formam. Vnde cum motus sit actus entis in potentia, sequitur quod sit per se actus mobilis, ut mobile est, nō vero mouēs ut sic & major sic confirmatur ex epis. Quia homo actu ex homine in potentia facit aliud

P. F. de Oña, Coment super vniuers. Physic. Arist

hominem actu, & calidū actu ex calido
in potentia facit aliud calidū actu, mo-
tus vero per se subiectatur in eo ex quo
sit terminus. Et hæc de hoc cap.

C A P V T T E T I V M .
An actio, & passio sint motus
& in quo sint.

Intendit Arist. in hoc cap. est probare
quod actio & passio sint idem motus rea-
liter, & facit duo. In prima parte proponit
plures dubitationes. In secunda probat
intendit, in prima ergo parte sit solū esse
ex dictis hoc dubium, utrum motus sint
in mobili, ut subiecto, & declarat sic, quia
motus est actus huius ab hoc, id est, ab u-
no procedit, ut à principio actiuo, scilicet
a moueti, in alio vero recipitur, ut à incep-
tio passiuo, vel subiecto, scilicet in mo-
bili. Vnde inferit eundem esse actum mouen-
tis, & motu, sed ratio diuersa sive sunt
diuersa potentiae, quia mouentis potentia
activa est ad posse mouere, motu vero po-
tentia passiva est ad posse moueri, vñ er-
go, & idem actus in quantum per illum,
quod poterat mouere, moueri, est actio, ut
in quantum per illum, quod poterat mo-
ueri mouetur, est passio, etiam si sit ratio
diuersa, quia est duplex ordo, sicut etiam si
sit idem spatium duorum ad unum, ac co-
tra vñ ad duo, sed ratio est diuersa, quia
primo modo dicit proportionem duplam
secundo vero modo sub duplam. Alia sim-
ilia ducunt exempla.

Sed contra hoc logicè arguit pro terra,
parte, & primo prouenientia sic. Actus a-
gentis est actio, patiens vero passio, sed ac-
tio, & passio differenti, sicut agent, & pa-
tiens, ergo non sunt unus, & idem actus. Se-
cundo probat, habent diuersas fines, & ef-
fectus ergo non sunt idem actus probatur
antecedens, finis, & effectus actionis est
ipsum factum, finis vero, & effectus passio-
nis est ipsum receptum. sed factum, & receptum
differunt, ergo actio, & passio non sunt v-
nius actus.

Sed pro contraria parte quod non sunt

duo motus sic arguit. Si non essent idem
vel vterq; esse in agente, vel in passo, vel
actio in agente, & passio in passo, vel con-
tra, sed nullū horū, ergo primum non ex-
cludit, quia sufficienter manebat ex eius
sum ex precedenti, ubi fuit probatū, quod
motus subiectatur in mobili, ergo siue
sunt duo motus actio & passio, siue vñ eū
motus aliquis debet poni in mobili, vel
posso, nō potest vterq; motu esse in agente.

Quatum estiā mēbrum, & magis no-
tum statim reiici, quod non sit actio in
passo, & passio in agente, quia tunc esset
aequivocatio in nomine evocando passio-
ne, q̄ est actio, & actionē, quod est passio.
Tertius vero mēbrum, q̄ maiorem habet
apparentiam, quod sit in agente, & passio
in passo, hac ratione excludit, quia si actio
est in agente cū actio ita sit motus, siue
passio: ergo sequitur, quod hoc agens a-
gens agendo moueat quod supra reis
cimus, vel quod aliquid habes motū non
moueat quod ita est falso: ac quod
habens albedinem non sit album.

Secundū vero mēbrū, quod virūnq; es-
set in passo reiici. Primo quia iā seque-
retur, quod actus aliquius non esset in eo
euius est actus, siquidē atio est actus ag-
tis, & non est in agente. Secundo: quia se-
queretur quod virūnū in mobile simul mo-
ueretar duplici motu tendente ad unam
formā altero passione, & altero actionis.

Iterū reddit ad impugnandū, quod non
sunt unus actus. Primo, quia diuersorū, et
sunt agens, & patiens, esset unus actus.
Secundo, quia sequeretur quod idem esset
dolio magistri, & disciplina discipuli cū
primum si actio, & secundū passio. Ter-
tio quia idem esset agere: & pari. Quarto
quia docens esset dicens, & dicens do-
cens, & agens patiens, & contra si actio,
& passio sunt unus actus.

In secunda parte determinat veritatem
q̄ actio, & passio sunt unus actus, ita q̄
virūnū sit in patienti, vel in mobili, & in
cipit à solutione ultimarum rationum,
dicendo non esse inconveniens vñ esse
actum duorum, quandoque est in uno,
quod

quod ab altero procedat quia & si sit unus re, est duo ratione, si vero re, & ratione esset unus, ut velis, & indumentum non potest esse actus duorum. Alia tria ultima argumenta soluit eodem modo, quia si actione, & passio essent unus actus re, & ratio ne, tunc quidquid verificatur de altero, & contra, & ita bene sequitur, quod esset idem dictione, & disciplina, agere & pati, discens, & docens, at cū sit unus actus re, sed diuersus ratione dicitur propositiones falsae sunt, ponit vero exemplū, quomodo actio, & passio sint idem re, & ratione diuersa, sicut est eadē via Thebis Athenas & Athenis Thebas, ratio tamen diuersa prout est Thebis, & prout est Athenis, & probatur, hoc non est idē distare Thebis, & distare Athenis. Vnde & excludit, formularies non debere concedi actiones esse passionem, aut cōtra Quia actio est, motus prout ab hoc passio vero motus prout in hoc. Enī agat dicta dices, se dixisse in generali quia si motus, ex cuius definitiōne facile esse singulos motus suū specie definiti, ut alteratio est actus alterabilis, ut alterabile est: & augmentatio est actus augmentabilis ut augmentabile est. Et quia potentia duplex est altera activa, & altera positiva, & non declarauerat quam potentiam dicere, au sit potentia cuius actus est motus, id est illā sumi, utroq; modo, & ita motum esse actum motui, & mobilis in quantum talia sunt, & simili modo desinuit omnes species illius, quod scilicet alteratio sit actus alterantis, & alterabilis. Et hæc de litera.

ANNOTATIONES circa literam.

Primum dubium erga caput primum
circa primum textum est, quomodo
dicat Aristoteles ignorato motu naturā,
ignorari, tam supra dixerit moturā esse
per se notam, quod vero est per se notum,
in sui cognitione non pender ab alio: &
sic est alterius ignorantia non potest ig-

norari. Respondet Toletus dupliciter posse cognosci naturam. Primo quantum ad questionem an sit, & hac ratione nequit ignorari, & ita debet intelligi Aristoteles supra dixit naturam esse per se. Secundo quantum ad questionem quid sit, & quia in hac cognitione definitiva pender natura à motu per quem definitur, unde eo ignorato potest ignorari, & ita non est hoc modo per se.

Secundum dubium, quare Aristoteles continuum sepe disiniuit per infinitum non tamen semper. Respondit ratione non esse quia continuum potest duplicitate definiti, primo per ordinem partium ad ipsum, & hac ratione non definitur per infinitum; sed potius dicendo, continuum est cuius partes copulantur termino communis prout vidimus in Logica. Secundo per ordinem ipsius ad partes: & hac ratione definitio per infinitum dicitur est divisibilis in infinitum, & quia haec definitio est frequenter, ideo ait sepe divisari per infinitum, sed non semper.

Tertium dubium cum ad predicamenta pertineant iam actus, quam potentia, quare Aristoteles per solum actum diuisit predicamenta. Respondetur cum Tolero rationem esse, quia multiplicatio actuum multiplicat omnia praedicamenta, non vero multiplicatio potentiarum, tene actione & passio sunt duo predicamenta, quia sunt duo actus ratione diuersi, at potentia ad actionem, & passionem semper est in eodem predicamento qualitatis.

Quartum dubium, quare Aristoteles inter ea quæ sunt ad aliquid solū hic connumeravit, ea quæ fundantur in quantitate, & actione: & non reliqua. Respondetur cum Grecis, & Tolero, quod quia ad præsentem metriam sat erat horum enarratio, quia motus de quo est sermo, quantitatē, & actionē includit, ponit tamen actuum, & passionum, tanquam inferius ad motuum, & mobile, quia actuum: & passionum dicunt qualitates elementales, quibus agunt: motuum vero, & etiam mobile

FP de Oña com. super vniuersam Physi. Aris.

mobile qualitates in communis tam pri
mas ut sunt elementales, quam secun
das ut sunt motus et gravitas.

Quintum dub. est erga cap. secundum
quare Ari. non tantum dicat motus esse
tum actis in potentia, sed ponat redupli
catiua secundum quod in potentia.
Respondeatur cū Tolle in fine, 5. tex. ra
tionem esse quia idem mobile, in quo
cepitur motus potest esse in actu per unā
formam, & in potentia ad aliam. & ita
ad declarandum quod motus sit actu sepa
ris in potentia non tantum materialiter
1. rei quæ est in potentia, sed etiam for
maliter ideo adiicit secundum quod in
potentia.

Sextum dub. quomodo hic Aris dicat
quod potentia passiva contrariorum est
diversa cum alibi dicat esse eandem po
tentiam contraria dicendo simul in
in esse potentiam ad oppositam: sed nō ad
habenda simul. Respondeatur hic eun
to. tex. 10. & Auerr. de celo cap. 10. di
plicem esse potentiam ad contraria recti
pienda, alteram proximam & hanc esse
diversam, & ita hic Ari. loqui. Deinū est
notandum quod quando Ari. hoc retinat,
sanguinem esse subiectum sanitatis, &
agritudinis eius nomine accepit totam
mallam sanguinariam amplectentem
omnes humores: non vero liquiū san
guinem ut contra alios humores defecit.

Septimum dub. erga sex. 15. vii. Aristo
probat motum esse actu imperfectum,
quia ens in potentia cum actu est motus
est ens imperfectum contra ergo for
ma substantialis erit actus imperfectus
imo imperfectior motu. Quia eins sub
iectum scilicet materiæ est imperfectius
ens quam subiectum motus, cū hoc sit
totum compositionem. Respondeatur quod
ens in potentia potest dici imperfectum
vel in genere entis & ita coelestib[us] hec
ratio & sic non loquitur Ari. vel in genere
re potentie & sic loquitur Ari. & nota,
quod tunc aliqua potentia est imperfecta
ita quan[u]d noua actuatur consummate
per actum quem respicit: sed vterius

relinquitur in potentia, & quia ta
lis est potentia quam ens dicit ad motu:
cum ultra illum remaneat per se in pot
entia ad terminum motus: ideo ait, motu
esse actu imperfectum quia ens in po
tentia, cuius est actus, est imperfectum
in ratione potentiae: ut dixi, at materia in
ratione entis sit imperfecta, in ratione
tamen quæ est imperfecta, quia actuatur
consummate per formam. Ethæc,

GAP QVARTVM.
Perrinere ad Phylosophum
agere de infinito.

Intendit Aristoteles agere de infinito,
& facit duo primo tradit rationem
quæ hoc pertinet ad physicum, & pro
ponit sententias antiquorum erga hoc.
Primo quædam supponit ad disputandum,
an sit infinitum. In prima parte assignat
primum rationem, quæ hec est, physicas
agit de magnitudinibus mortibus & tem
poribus scilicet horum omnium passio est
finitum vel infinitum ergo de infinito a
gere pertinet ad physi. sed ne aliquis pu
taret omnes passiones physicas esse fini
tas vel infinitum subdit non ita est. Nā
punctum, & effectus nec finita, nec infini
ta sunt quævis fini physica.

Secundam rationem reddit quare ad
physicum pertinet agere de infinito, &
reddit hanc. Quia omnes physici qui be
ne egere de naturalibus de infinito fecer
e re mentionem imo illud faciendo prin
cipientium sed diversi mode. Nam
quidam dixerunt infinitum esse substantiam
& ita esse principium per se, & ita fecerunt
Platonis & Phitagoræ, & Plato sed alij dicebant, in
infinitum esse accidentia illius substantiae quæ
erat principium, & ita infinitum dicebant
esse principium per accidentem sed interpri
tatione ponit hoc discrimen quod Phitag
oras donecbar numerum. & infinitus in
ipsis sensibilibus coniunctum, ut horum

sub

substantiam, & utsus illud ponebat intra cœlum, & extra. Quia intra cœlum tantum non poterat habere infinitatem, at vero Plato nihil ponebat extra cœlum, & ipsas idæas, sed tam in illis, quæ separatae ab eo ponuntur, quam in sensibilibus numerum, & infinitum ponebat.

Secundum discrimen est in causa infinitatis. Quia Plato dicebat esse magnū, & parvum. Nam videbat diuisionem tradere in infinitū, sive versus maiores proportiones, sive versus minores, at vero Pythagoras dicebat esse causam numerū paret. Quia videbat diuisionē in duas medietates semper tendere, in infinitum & reddit rationē signomoris partes ordinatæ apliecentur, semper sit diversa figura numerorum sicut sit in lineis, si tamen impares nuquam variatur figura, quod etiam contingit in linea, & ideo variantem numero impari tribuebant, diuisionē vero & multiplicitatē numero pari. Modo explicat sententias eorū, qui infinitum ponebant esse per accidens principium, quia cum principio iungebatur, & sic quod quosdam posuisse unum tantum principium, aut ignem, aut aquam, aut aerem, aut medium vaporem, alios vero posuisse plura, ed finita, ut Empedocles vero plura & infinita non secundū quantitatem continuam, sed secundum, discretam, numerum, ut Anaxag. & Democritus, primus ponebat illa similia, secundus vero diversæ figuræ. Secundo differabant, quia Anaxag. non solum in ipso Chaos ponebat omnia permixta, sed in quavis particula quantunvis minima dicebat omnia esse permixta ad quod ad duebatur, quia videbat quodlibet fieri ex quolibet, & nihil poneret de novo factū dicebat omnia latere in omnibus donec per generationem aliquid peculiare appareret. Vnde sicut duas has permixtiones ponit, ita & duas separationes, alterā, ex quavis particula, in qua dicit omnia etiam latere. Adducitque duas ratios, quibus sicut Anaxagoras adductus ad talim segregatiōnē invenit se ex Chaos

ponendam: altera est quia nihil putat fieri de novo, nisi ex suo simili, tanquam materia & putabat omnia generabilea fieri licet non simul, sed successive, & ita necessarium fuisse omnia prius in illo Chaos fuisse permixta, ut inde fieret separatio ad successuam corum generationem. Altera ratio erat, quia dicit vna causa efficiens, pura mensilla ab Anaxag. posita, ergo debet illi vnu principiū materiale correspondere, sicut erat heusmodi Chaos at vero Democritus singulas particulas ponit imperficias, & differentes figuræ, ex quibus dicebat Chaos fuisse compositum, tanquam ex partibus infinitis. Concludit ergo, quod cum omnes philosophi egerunt de infinito ad phisicum pertinet de illo agere. Commendat statim philosophos non quod posuerint infinitū, sed illo positio consequenter posuerint, quæ ad illud sequentur, primū est esse principiū, quia cum omne quod est, aut sit principiū, aut principiatum, & infinitū non possit esse principiatum, quia habet principiū & per consequentionem est infinitū, ergo infinitū dicit esse principiū ne sit frustra, supposito quod sit, secundum est, quod infinitū sit ingenerabile & incorrupibile, quia si generaretur haberet principiū & si corruperetur haberet finē. Tertio dicebat omnia continere, & gubernare, quod Anaxagoras non infinito, sed menti tribuebat, & Empedocles lui, & amicis, hoc vero tertium Aris. nun laudat. Demum concludit plurimos philosophos illud principiū materiale & infinitū posuisse diuinum, immortale, ita ut perire non posset.

In secunda parte ponit quinque motus quibus posset aliquis suadere quod sit infinitū. Primum est quod empus sit infinitum successione sine fine, & initio. Secundum est, quod diuisione continuo procedit in infinitum. Tertium est perpetuitas generationis, quæ cum ex aliquo presupposito sit, non videtur quod possit in infinitum durare, nisi quia sit aliquid infinitum

tum ex quo paulatim extra habeant partes ad generationem. Quartum est quod liber corpus circuferit aliud ut terram aqua, hanc aet hunc ignis: & sic de alijs ita ut non sit peruenire ad aliquid corpus non circumscripsum.

Quium motibus est quod nostra imaginatio in nullo dato numero sicut, in nullaque magnitudine vel quous horum dato potest intelligere maius, cu ergo sicut non sicut sed rebus ipsiis ut sunt in le quia mens non cogitat impossibile per se erit profecta in rebus numeris, & magis videlicet sine termino & infiniti.

Confitur hæc motiva, quia extra ceterum est in finitam spaciū mūtare ergo est repletum & ita est infinitum corpus, repleens illam, vel est vacuum & hoc non quia non esset maior ratio quare una pars huius vacui fieret repleta hoc modo quam alia pars eiusdem. Secundo quia vacuum est locus non repletus corpore apud tamen repleti & in æternis est simile esse & posse, ergo cum illud spaciū sit æternum & aptum repleti, erit actu repletum & ita dabitur actu infinitum. Concludit licens habere difficultatem hanc materiam de infinito siue illud dicamus esse, siue non. Quia verius sequitur in conuincientia, & dato quod sit multe manent difficulties an sit subiecta accidens & an sit infinitum in magnitudine an vero in multitudine, sed quia non hæc omnia pertinent ad physi cum ideo ait ad illum solum pertinere disputare, an sit aliqua magnitudo sensibilis.

Modo aggreditur disputationem de infinito a signatione nominis sumitur enim quinque modis. Primo pro imperficiabilitate negatione, quia non habet spaciū quo possit per transire qua ratione punctum est infinitum, sicut vox inuisibilis negatione, quia nec videtur nec potest cum non habeat colorem. Secundo pro specie incontumabili, quod duplum potest fieri, vel quia eius extensio aut multitudo est in terminata, vel

quia habet figuram circularem: in qua non est a signabilis terminus.

Tertio pro eo quod licet finem, & terminum habeat sed difficilimum, vel ratione longitudinis sicut soler dici longa via id est infinita, vel ratione figuræ ut contingit in labyrintho quattosum inveniuntur pro eo, quod & si possit ex se pertransire aliquid tamen habet impedimentum ne non possit pertransiri, ut via relata in profundum aquæ quicquid pro eo quod rectæ in additione neque in divisione habet terminum vel potest illo additiō, in infinitum fieri & similiter de distractio per divisionem subdit tamen omnem infinitum esse huiusmodi, & de hoc esse disputandum, & hæc de hoc caput.

CAP. QUINTVM.

Nau esse actu infinitum.

Intrit Ari, continuare disputationem de infinito quam facta precedet, cap. aggressus & facit duo, primo probat solam substantiam non posse esse infinitum, & hoc est quod dicit infinitum non esse separabile a sensibilibus secundo de infinito in sensibilibus incipit disputare rationibus logicis. Ad primam partem accedendo probat substantiam solidum non esse infinitum sic. Nullum individuabile est infinitum eo modo quo agitur hic de infinito, sed omnis substantia sola est individuabile ergo nulla substantia se sola est infinita probatur minor quia omne individuabile aut est magnitudo aut multitudo, ergo non est dividibilis, sed substantia ratione qualitatis est dividibilis per accidens & consequenter infinita, hæc rejicit dicens, inde sequitur infinitum secundum id quo est infinitum non esse rationabile, & elementum per se entium ut Pilato volebat. Secunda ratio magis in separabile est infinitum

in infinitum a quantitate cum sit eius passio, quam quantitas ab infinito cum sit eius subiectum quod mixtus dependet a passione, quam passio ab illo sed quantitas nequit esse sine finito vel infinito que sunt eius passiones ergo nec infinitum sine quantitate que eius subiectum ergo neque in substantia sola nequit esse infinitum. Tertia est si substantia est infinitum cum debeat esse principiū & simplex sed in simplicibus idem est esse & quod est ut in forma idem est forma & esse formae ergo idem est esse infiniti & infinitū & consequeretur quidquid habuerit esse infiniti erit infinitum tunc sic formatur ratio, vel substantia est indubibilis & sic non erit infinita vel est dubialis & ita cum sit simplex quælibet eius pars participabit esse totius sed esse totius est infinitū ergo quælibet pars illius erit infinita sicut quælibet pars acri est aer quia habet partes eiusdem rationis & sequens est falsum ergo unde colligit quod cū substantia per se non possit esse infinita id est in medio aliquo accidenti & ita non infinitū non erit principiū, sed potius illa substantia cui per accidens iungitur ratio infiniti & ita reprehēdit Pythagorā qui infinitū per se dicebat esse substantiam & cū hoc ponebant esse partibile quod non nisi ad quantitatē potest pertinere sed ampli⁹ disputatione an inmathematicis & intellegibilibus sit infinitū limitis physi⁹ transcendat ad quos solum pertinet an sit aliquid infinitum in corpore sensibili. In 2. cap. parte incepit agere de infinito sensibili rationibus logiciis & i. probat quod non sit corpus nec sensibile nec math. quod vocat intelligibile, quia corpus est quod terminatur superficie sed infinitū non terminatur ergo infinitum non est corpus.

Secunda ratio est ad infinitum multitudinis ad quod supponit numerū non esse separatum a rebus numeratis & arguit sic. Numerus habere numerum potest computari & numerari sed infinitum nec potest computari aut numerari et-

go infinitū nō est numerus modo ratione physi⁹. probat non esse infinitū corpus sensibile quia si esset simplex, ut elementa, vel mixtum sed neutrum horum ergo. Non secundum quia si esset mixtum vel componeretur ex infinitis elementis & principijs in multitudine, & hoc non possumus fuisse secundalib. cōtra Annexa ergo rejectum, vel ex elemētis numero finitis puta his quatuor igne & aqua terra aere, & nec hoc quia, vel quodvis horum esset infinitum continuum unum tantum vel nullum. Non tertium quia ex finitis numero & magnitudine non posset componi infinitum non quia mixtum componitur ex contrariis in equabilis proportione ita ut non sit aliquid ita in fonte quod alta in te conuerteret sed si esset unum infinitum illud conuerteret alii in te ergo nequit unum tantum esse infinitum patet mihi, proposi⁹ quia infinitum quodcumque illud sit fortius est multo quoquis finito ergo illa conuertere in te. Primum vero quod non sit, omnia aut plura infinita haec ratio ne probat quia corpus infinitū cū habet tres dimensiones si est infinitum secundū unam debet esse secundum aliam, cum non sit major ratio de una quam de alia & quia corpus ut corpus trinam dicunt dimensionem ergo ut sit istud in ratione corporis secundum trinam dimensionem debet esse infinitum sed quod est hoc modo infinitum omnia replet ergo positivo unico corpore infinito cum hoc replete omnia reliquis infinitis non relinquit locum.

Modo probat alteram partem quod non sit corpus simplex elementale nec vi possit Anax qui decebat principiū esse substantiam simplicem medium in te aërem, & ignem infinitamque quia adhuc moueatut ex eo quod elemētum cum habeat qualitatem activam & alius contrarium si esset principiū eum debet esse infinitum omnia alia inde conuerteret & ita non posset sequi mixtio & ita ponit illud principiū medium in

P. F. de Oña, Cōnent super vniuers. Physic. Arist

medium inter elementa ut quanuis esset infinitum non corrumperet omnia modo ergo. A si reprobatur hoc corpus medium hac ratione omne mixtum resoluitur in elementa ex quibus componitur: sed sensu tantum percipiuntur quatuor elementa in quæ mixtum resoluitur & non aliud medium corpus ergo uonatur tale corpus quæ ratio apud phys. inspicientem sensibilia bona est quia si tale corpus medium sensibile datur etiam aliquo sensu perciperetur, & in illud conuerteretur aliquando elementa, que in ipsum agunt, sed neutru horum aparet ergo non est tale corpus medium sed quod nullum simplex corpus adhuc elementale posset esse infinitum esse præter hoc, quod est impossibile quia non relinqueret alijs locum ex alia parte repugnat quia omnis in se coniungere quod est absurdum quanuis male illud concescerit Heraclitus dicens omnia tandem esse in ignem esse conuertenda ea lemque dicit esse rationem de corpore medio, & elementali vel esset simile, vel dissimilare non primum quod probat secunda ratio iterum etiā probat in communione nullum corpus sensibile posse esse infinitum hac ratione supponendo primo omne corpus sensibile esse in loco proprio, & naturali & locum naturalem esse cuiusvis corporis sensibili secundo supponit eundem esse locum totius & partis ut Globa terræ & totius terræ. Est argumentum summissum partē ab eiusam ab hoc infinito corpore sensibili v. illa esset mobilis, vel immobilitas neutrū: ergo non est tale corpus possibile probatur primum omne quod naturaliter mouetur ad certum locum & naturaliter tendit: sed il pars non potest edere ad certum locum, ergo prouatur minor quia idem est locus illius & suetus, sed locus totius cum sic infinitus non est certus sed omnia continet tam sursum quam deorsum ergo nec locus partis, & ita non mouebitur quia non erit maior ratio cuius ascendat sursum quam def

cendat deorsum cum vterq; locus sit ei æqualis naturalis & sursū cum secus, locus tendat in infinitum & illa iam non occupent locum in infinitum tendat sine termino sicut tendit ipse locus probatur secundo, quod locus totius est locus partis, & ab ea non repletur, ergo non est maior ratio hic, quā ibi quietat, non ergo potest esse corpus simile infinitum: quod vero nou sit dissimilare probat sic, totum dissimilare habet partes diuersæ rationis, & speciei, sed infinitū nequit has partes habere, ergo: probatur minor, quia si partes sunt diuersæ speciei ergo vel illæ species sunt finites vel infinitæ, neutrū, ergo. Nō primū quia ex infinitis speciebus partium non potest infinitum componi nisi altera sit infinitè magna, sed si una esset infinita alias ad se traheret, & canuerteret, & ita efficeret eiusdem rationis. Secundū rei quod scilicet sunt diuersæ species infinitæ, quia inde sequeretur quod essent infinita loca & elementa in specie, quod 2. de Generatione. 2. rejicitur, & quia possit aliquis dicere quod quanuis locus finitus, potest dari infinitum corpus locatum, rejicit sic, quia locus, & locatum debet esset æqualia, quia si locus esse minor iam locatum esset extra locum suum naturalem si esset maior non repletur totus a locato & ita esset vacuum ex illa parte, quæ duo sunt absurdâ manifesta.

Modo laudat quosdam antiquos qui cum posuissent infinitum elementū non dixerunt illud esse ignem aut terram quia hæc nimis ad sensum determinant sua loca ignis sui sum terra deorsum, sed possunt, vel aereum, vel aquam quæ partim sursum partim deorsum petunt cum necedant ad simpliciter sursum nec ad simpliciter deorsum.

Tandem reprehendit Anaxagoras qui dicebat infinitum esse immobile ex natura suam & insequiescera, quia est in se ipso interponendo hanc parenthesis, nec enim potest dici quod sit in seipso sicut quartus physicorum dicitur de amphora

phora vini ratione vini quod in se continet, quia infinitum nihil in se continet reprobatur sic non recte sequitur corpus est in hoc loco, ergo natura sua est in hoc loco quia corpora sunt, saepe non naturaliter sed violenter detinuntur ergo nec recte sequitur, infinitum est in se ipso ergo naturaliter est in se ipso reprehendit secundo quia licet verum sit quod id quod est in se ipso maneat immotum inde non colligitur, quod natura suavit immobile quia multa manent immota quæ ex sua natura sunt aptam oculi, unde huius immobilitatis, naturalis alia debuit causa assignari sicut si terra es se situ finita & in se ipsa, existens ea insu in manes tunc immobilis esset ex natura sua, non quia infinita sed quia grauis & graue naturaliter quiescit in centro sed quod infinitum non sit in se ipso probat sic partes sunt eiusdem rationis cum toto, & secundum modo sunt in loco sed partes non sunt in se ipsis ergo nec totum minus Probatur quia cum partes sint finitas sequeretur quod infinitum esset in se ipso, & ita hoc non proueniret ratione infinitatis.

Secundum argumentum principale est ad probandum non esse infinitum corpus naturale, & est huius modi omne corpus (intellige generabile) cum sit gravis aut leue aliquem certum locum determinat cum omnia non repletat, ergo non potest dici quod dimidium sit deorsum, & dimidium sursum quia cum infinitum non habeat primum, & ultimum non habeat medium,

Quartum argumentum si esset corpus infinitum esset locus infinitus: sed hoc non potest esse, ergo patet sequela quia locus & locatum sunt aequalia minor probatur quia differentiae loci, & species sunt sursum & deorsum ante, & retro, &c. non tantum respectu nostri sed ex natura rei: sed tales differentiae in infinito esse non possunt ergo quanto concludit omne quod est in aliqua specie est & quod est in specie in aliquo individuo sed

corpus infinitum est in loco ergo in ali quo loco vel sursum vel deorsum bicubito aut tricubito sed haec omnia repugnant, ergo non potest dari infinitum corpus naturale & haec de hoc capite

C A P I . S E X T V M .

Quod non sit omnino tollendum: infinitum.

IN tendit Aristoteles in hoc capite dari infinitum in potentia, & facit duo in prima parte cap. ponit argumenta pro parte affirmativa ad probandum, quod detur infinitum. In secunda parte quadam divisione aducta, & solvit haec argumenta & declarat quomodo detur infinitum in potentia in prima parte ponit tria argumenta primum est si non esset infinitum sequeretur quod tempus haberet principium, & finem sed consequens est falsum ergo secundum si non esset infinitum se queretur quod magnitudo non esset divisibilis ius semper divisibilia: sed quod ter minatur divisione ab indivisibili ut dixerit antiqui, conseque quens est falsum ergo. Tertium si non esset infinitum numerus non posset augeri in infinitum, sed consequens est falsum ergo colligit ita que Aristoteles ex omnibus dictis opus esse iudice cum sint triplex difficultates adiectae.

In secunda ponit hanc divisionem Duplex est infinitum alterum actu, & hoc non posse esse, probant argumenta pro parte negativa alterum est infinitum in potentia & hoc posse esse probant argumenta pro parte affirmativa infinitum in actu est quod habet quantitatem actu in consumabilem nullaque limitem circumscribat, infinitum vero in potentia quod et si habeat quantitatem actu finitam eius potentia est in extrema parte vel in appositione ut in numero cui potest in infinitum fieri additio vel divisione, quia continuus semper dividitur per divisionem ita ut non quæ perveniat in divisione ad aliquam indivisibiliam sed de hoc latet die lib. 6.

F. R. de Oña, Cōment super vniuers. Physic. Arist

Declarat enim istam potentiam quia duplex est, altera perfecta ad hoc quod a liquando fiat totum ad id quod est in potentia, ut est potentia dominus qua aliquā dōreducitur ad actum, ita ut si dōmus actu perfecta, & simul alia vero est potentia imperfecta ut fiat illud ad quod erat in potentia non simul, sed successiū sicut potentia ut sit dī certamen, tunc quā enim hēc sunt tota simili & successiū vnum post aliud hoc Secundo modo sit quod est infinitum in potentia non ut aliquando, ut infinitum in actu, sed ut cōtinuo, & in cōsapte p̄cedat diuissio readditio, ut patet in numero, & continuo, ita quod semper id quod fit, vel additur, actu sit finitum, sed quia restat aliud & aliud sine termino addendum, vel sene dum ideodicitur potentia infinitum declarat hoc Aristoteles in triplici infinito quod ponit, alterum successuum cōsumū tempus alterum successuum discretum, & sunt generationes rerum alterum cōditionum permanēt hēc enim omnia conuenient in hoc quod semper assumptum sit finitum sive dies sumamus in tempore, sive homines in gerātione sive partes indiuisiōne, continuo, & ita hēc omnia sunt actu finita sed quia semper restat amplius, & amplius incensanter alumentum ideo sunt infinita in potentia, & ponit discrimen, inter infinita successiva & permanentia quod in primis partes transeunt & non manent, at vero in permanentib⁹ manent partes sed em per quā manent sunt, actu finitæ. Post quam explicuit dari infinitum in potentiam declarat, qua ratione habeat existentiam dicens eam non habere, sicut haec permanentia, quā tota simul existunt, sed sicut successiva quā altera tantum eorum parte existente dicuntur, existere, sicut dies, & cena, sic ergo quia diuissio fluxus est, secundum aliquas partes dicitur existere in infinitum, quā est tales partes sint finitæ, nihilominus series eorum quā restat, infinita est, quia numquam poter-

rit exauriri, & quia duplex infinitum in potentia Aristoteles possuerat, alterum secundum diuissionem, vel dimisnitionem partium versus parvitatē & alterum per additionem versus magnitudinem, illa declarat dicendo quod sunt quodam modo vnum id est erga, eadem quantitatem coniunguntur, sed diverso id est diversa ratione sunt propter quod non dixit esse simplieriter vnum sed quoddam materiā a quod hoc ratione potest intelligi, dividatur continuum in duas medietates distinctionis gratia, alteram albam & alteram nigrā, & medietas nigrā maneat indiuisiā, medietas vero alba dividatur in infinitū per alias minorēs, & minores medietates, ita quod medietates manentes indiuisiā semper aplacentur primae medietati nigrā manenti indiuisiē tunc sicut per vnas medietates procedit in infinitū sine termino ita & augmentum per alias quā coniunguntur, primae medietati nigrā procedit in infinitū, ratio est quia cum omnis diuissio, debeat esse ad minus bimembri, sicut prima membra in qua sit diuissio versum infimum non habent terminum, ita nec secundam membra inde desumpta habent terminum in angimento quia quantum exprimitur augetur minutur, in secundis, & ita si diminutio primorum infinita est, & sine termino augmentum secundorum infinitum eū sine termino verum quia partum diuissio duplex potest esse, & secundum partes æquales & secundum partes proportionales, partes vero proportionales dicuntur aliquāt, quia nō ad quantum totum, partes vero æquales dicuntur aliquotæ, quia alicoties sumptus adequant totum hoc secundo modo aut debere fieri ut in infinitū procedat quia si fiat primo modo potest diuissio finiri verbi gratia, sit lignum habens duodecim pedalites, & ab illo extrahatur vna, & postea alia, & alia finiatur, quidem diuissio continui,

nisi si hoc modo fiat, quia sit secundum partes *æquales*, nam secunda pedalitas est *æqualis* in magnitudine primæ pedalitati, & tercia pedalitas secunda pedalitati, & sic deinceps, & ob hoc dicitur haec diuisio secundum partes *æquales*, scilicet secundum magnitudinem. Ratio vero obquam facta diuisio hoc modo exauritur est, quia istæ partes adhuc in potentia sunt finitæ, partes vero istæ non dicuntur proportionales, quia & si inter se habeant *æqualem* magnitudinem, ramen quævis earum ad suum totum unde fuit abstracta non dicit eandem proportionem, quia fuit abstracta prima a ligno habenti duodecim pedalitates, secunda a ligno habenti undecim. Ratio, vero obquam diuisio facta per partes proportionales sit in exhaustibilis, est, quia tales partes sunt infinitæ in potentia, dicuntur vero istæ partes proportionales non quia in se habent *æqualem* quantitatem, sed quia *æqualem* proportionem dicit quouis pars abstracta ad suum totum, nam sicut prima medietas a suo toto excedens in duplo, ita medietas in suo, & consequenter diuisio facta per suas medietates semper in infinitum procedit, & hoc est, quod Aristoteles significat quando ait, quod si in diuisione eandem magnitudinem accipias finieris diuisio, & est si sumas partes proportionales, concludit ergo Aristoteles non aliter esse infinitum, ac dictum est, hoc est partum in actu, ut sunt successiva, ut dies verbi gratia, & partim in potentiam, ut materia, qua licet aliquam formam habeat actu, plures tamen, & plures potest reperire sine termino & quia potest aliquis intelligere in infinito secundum appositionem esse quantitatem, ita magnam quod omnem datam excedat, ita quod nulla data possit etiam aquare. Hoc resicit dicens, quod cum extra eorum numerum quantitas totius orbis erit ita magna quod non sit dabilis maior, & infinitum secundum appositionem,

quod intra ipsum continetur non posse excedere, nec aquare eius quantitatem, imo nec potest hoc in infinitum excedere illud continuum, ex cuius diuisione resultat. Cuius ratio est, quia infinitum secundum appositionem non sit partes *æquales*, sed tantum per proportionales, & ita inquit, quod hoc infinitum non est separabile ab eo, quod per diuisionem sit, id est per additionem earundem partium, quare manent indiuise in diuisione continua infinitus per partes proportionales resultat infinitum tantum appositione, & ita non quam potest aquare illud continuum primum, ex cuius diuisione ita duo in finita processere secundum diuisionem non datur aliqua quantitas, ita parva, quod non sit dabilis alia minor, & minor. Quæ doctrina nescitur in illis, quæ de maximo, & minimo tradidit. P. Phil. nā in quantitatibus secundū se nullus das terminus augmēti, & decremēti, sed ei diuisio bōt in infinitū escere p partes proportionales ita ut nō sit dabilis maxima quantitas, nec minima, at vero in magnitudine versusque procedit in infinitū secundū appositionē est aliquantitas, ita magna absolute, quod non possit excedere in talis infinito, scilicet quantitas totius orbis, ut Aristoteles docuit, sed proportionales in additione procedendo iuxta illud continuum ergo quod sit diuisio nulla datur quantitas ita magna quibus non sit dabilis alia major, & major per continuam appositionem novarum partium.

Confirmat Aristoteles hoc duplex infinitum ex sententia Platonis, qui per magnam intelligebat infinitum secundum appositionem, & per parvum secundum secundum diuisionem, sed illam comprehendit, quia cum duplex posuerit illud infinitum nullo eorum verbatur, qui numerum in quo ponebat rerum substantias dicebat esse finitum & versus paruitatem, posuit in uno versus magnitudinem, quia nō sumit denariū

FP de Oñ a com. super vniuersam Physi. Aris.

nam reliquos numeros denario dicebat esse compositos, & ex præcedentibus, & ita non sibi constat Plato ponendo ex una parte principium esse infinitum, & illud esse numerum (quia in hoc ponebat omnium rerum substantias) & ex alia parte dicendo numerum esse finitum, & hæc de hoc capte.

CAP. SEPTIMVM

Quid sit infinitum.

Inscutum Aristotelis in hoc copite est declarare quid sit infinitum, & facit duo. Primo excludendo definitio-nes antiquorum explicat quid sit infinitum Secundo quædam theorematum ad-ducit, ad primam partem deueniendo reprehendit definitionem Anaxagoræ, qui dicebat infinitum esse, cuius nihil est extra, vel extra quod nihil est, quasi omnia comprehendat, & nihil sui sit extra ipsum, & inquit non ita esse definiendum, sed sic cuius semper aliquid extra est accipere, idest cuius partes ac cipientibus semper restat alia accipere, & probat ex concessis ab antiquis, quia nullum impropriè, & ratione figuræ dicebant esse infinitum, quia in eius figura nullus est terminus, sed propter illius uniformitatem, quibusunque par-tibus acceptis semper restant aliae acci-pientæ, ergo debet diffiniri in infinitum dicendo cuius partes semper restat accipere, sed dicebant, & merito nullum impropriè esse infinitum, quia resumunt priores partes per continuam illa-rum repetitionem, at vero in infinito proprie non debent eadem partes numero, sed semper nouæ, & distinctæ & propter hoc adducit Aristoteles illam particulam, Extra, ad denotandum di-versarum partium sumptionem in de-finitione infiniti.

probat que definitionem infiniti antiquorum nullam esse, quia per illam

non infinitum, sed totum definiatur, quæ duo valde differunt, & probat in-dictione quia totus homo dicitur cui nulla pars deficit, similiter tota ci-stella cui nulla pars deficit, & sic de reliquis, ergo totum in communi est cui nulla pars deficit, vel extra quod nihil est sui materiale, ergo perha-cde fi-niebatur infinitum, quod vero totum, & infinitum differant probat, quia totum, & perfectum vel sunt numero idem, aut valde proxima, sed infinitum non est perfectum, aut hoc terminum dicat, & finem, quod repugnat infinito, ergo dif-ferunt totum, & infinitum, quæ ratio vi-detur supponere infinitum, quia non ter-minatur sicut imperfectum, nam corpo-ris perfecti terminus esse debet, ratio ve-ro desuniri potest ex Aris. i. de Cœlo, ubi dicitur totum, & perfectum esse idem, perfectum autem, & ita idem valere, sed ita terminum habent, ergo perfectum terminatum debet esse, sed infinitum non habet terminum, ergo non est per-fectum. Et hac doctrina teprhendit Melissum, qui dicebat mundum esse totum & infinitum quæ duo non bene coherent quia mundus perfectus est, ut probatur i. lib. de Cœlo, nam habet trinam di-mensionem, & trina dimensio est omnis dimensio, atque ita mundus continet om-nem dimensionem, ergo perfectus est & ita habet terminum, quæ se dicere mun-dū esse infinitū & perfectū repugnat.

Ostendit vero Aris. causam obquam an-tiqui ita definiebant infinitum, & dice-bant causam esse, quia infinitum putabat esse quodammodo totum, & illi assimi-latur in hoc quod compræhendit suas partes sicut totum, & ita illi tribuebatur hoc quod est continere, & gubernare. Hanc sententiam reicit dicens infinitū non esse totum actu, sed potentia, & pro-bat quia totum non habet divisionem ex parte formæ, illa permaneat eiustæ rationis in omnibus varrib, sed ex parte materiæ & infinitū ex se habet divisionē ergo

er go infinitum ex se non est totum inae-
tus sed potius potentia vt materia illius
secundo quia totum secundum se est cō-
plerum & notum at infinitum secundū
se non est completum aut notum ergo
infinitum de se non est totum, minor pro-
bat infinitum solum completur ratio-
ne formæ vt patet in toto, cuius partes
colliguntur ratione formæ ergo per a-
liud completur & non ratione sui & ita
infinitum est ignoratum sicut materia, &
ita concludit infinitum cum se habeat ut
materia potius partis quam totius ratio-
ne habere & iterum probat præcipue
contra Plat. quod infinitum non conti-
neat, nec sit totum quia Plat. ponebat in-
finitum & in idem ergo si infinitum cō-
tineret & sequitur quod id est etiā contine-
ret & determinaret cum sit in illis conse-
quens est falsum, ergo probatur minor
quia infinitum cum sit materiale & ig-
notum requirit intelligibilia continere
& determinare, vt sunt idēa, quibus ut
formis potius hoc conuenit.

In secunda parte ponit Aristoteles quodam
Theorema quorū primum est illud dis-
crimen supra adiuctum, inter infinitum
indivisiōne & appositione quod infinitū
secundum divisionem non habet quan-
titatem, ita parbam quod non possit am-
plius & amplius diuidi quod vocat Arist.
seperari, at vero infinitum in appositione
non transgreditur quantumcumque mag-
nam quantitatem, quia cœli magnitudo
nem non transgreditur sed solum trans-
greditur illam magnitudinem, quæ re-
sultat ex additione partium ex quibus fit
ita quod ex illis non fiat magna quod nō
possit, maior & major fieri soluit. Præ-
recepta Aristoteles obiectionē quæ hinc possit
oriri quare secundum divisionem om-
nem paritatem absolute superamus a-
liam semper assignando minorem, at ve-
ro secundum appositionem transgredi-
mut omnem magnitudinem absolute,
at minus totius in quo apponimus, &
Respondeat rationem esse quia infinitum
habet rationem materiae, & materia

continetur & est intra rem, forma vero
continet quasi dicitur cum dividimus de-
cendimus ad materiam quæ indetermi-
nata est, & infinita ut cum apponimus ad
cendimus ad formam quæ determinata
est & continet.

Alterum Theorema est quod diversi
modo reperitur ratio infiniti in numero
& magnitudine quia in numero ratio in-
finitæ demittit iuxta augmentum sur-
sum quia nō datur numerus ita magnus
quod non sit dabilis major, at vero ver-
sus deorsum datur minimus numerus,
& habet finem quia peruenimus at vni-
tatem, contra vero in magnitudinē ratio
infiniti sumitur iuxta decrementum de-
orsum quia nulla est dabilis quantitas mi-
nima qua nō sit dabilis minor alia sed
ascendendo datur maxima quantitas, &
ita versus ascensum non desumitur ra-
tio infiniti in magnitudine reddit que-
rationem quare versus paritatem nu-
meri diuisio terminatur, non tamen
magnitudinis & est quia numerus com-
ponitur ex indivisiibilibus unitatibus ad
quas cum peruenimus non restat aliud
ad quod possit descendere at cōtra mag-
nitudō est compōsita diuisibilis & i-
ta non habet in quo sistardi diuisio ex quo
fit quod cum ista diuisio continuū pro-
cedat infinitum, & ex illa numerus
augeatur etiam augmentum procedit
in infinitum, reddit vero causam quare
numerus componatur ex indivisiibili-
bus, & dicit illam esse quia componitur
ex unus vel unitatis ut patet qui indivi-
sibilis sunt ut unus homo diuidi non po-
test in plures similiter unus leo & ne ali-
quis existimaret Arist. ponere omnes
separatos a sensibilibus ut dicebat Pla-
to ideo ait numerum esse plura una
vel plures partes continuæ cuius infi-
nititas non actu sed in potentia est asse-
renda eo modo quo sunt tempus, &
motus quæ non sunt actu tota simul
sed partim in toto partim in poten-
tia iterum Aristoteles repetit quod mag-
nitudō non est infinita versus maxi-
mum

• mūm sed est tanta magnitudinē : Etū
- quāta naturali , & esse potest scilicet
magnitudo orbis quia si non esset ait
magnitudo determinata daretur cor-
pus infinitum in actu quod esse non po-
test utrumque concludit cap. dicendo quod
infinitum se extendit ad magnitudi-
nem tempus , & motum sed non ut ge-
nus sed potius ut analogum quia per pri-
us conuenit magnitudini : & illa media
motui & medio motu temporis sed qua-
re magnitudo non componatur ex indi-
uisibilibus sicut numerus remittit ad
librū sextū minū quo late de hoc agit , & i
ta pro nunc sit satis , de hoc capi-
te.

C A P . O C T A V V M .*Soluuntur argumenta
quarto capite po-
sita.*

IN tentum Aristoteles est soluere quas-
ida dubitationes cōtra determinatio-
nem quam fecit de infinito , & prestat
duo . In prima parte ponit quādam the-
orematā in secunda solvit dubitationes
dictas , ad primam partem diuiniendo
proponit , primum theorema geometricum
quo respondet ad quodam dubiu . quod
videtur hæc si non sit infinitum in ac-
tu quia destruitur illud theorema geo-
metricum lineam rectam posse in infini-
tum protracti quod cassaret si non es-
set quantitas actu infinita aut saltim ex-
cedens omnes sensibiles Responder pri-
mo mathem . vel geometram non indi-
gere infinito ad suas demonstrationes ,
quia linea minimæ & equali proportione
posunt dividī & numerus , sicut Euclides
prob . orib . Theorema primo , & geom-
etra secundum dictam proportionem il-
lis vtitur imo quanvis aliquando lineas
singet maiores quam naturali esse pos-
sunt scilicet quando lineam imagina-

tur extra cōculum , nihilominus id quod
ipse iudicat probare de illis in minori
bus potest esse scilicet infinitis quæ sunt
intra cōculum , vnde si lineam infinitam
aliquando singulare non inde sequitur eius
infinity indigere sed id facit ut habeat
quādam lineam finitam , & in in-
 illā ostendat , quam intendit propor-
tionem .

Quartum Theorema ponit dicens
quod et si sint quatuor genera causarum
infinitum solius materia rationem ha-
bet & non propter materiam est una cum
forma sed cum priuatione , & ita infinitum
dicit duo pro materiali , quantum
sensibile pro formalis vero priuationem
vel negationem actus perfectum est
quidam imperfectus actus in continua
successione consistens & hoc inquit cōce-
sisse antiquos videntem infinito ut materia
quanvis male illi concederent rationem
conscientis actus , cum hæc materia
non conueniat sed potius opposita scilicet
passiva continetia .

In secunda parte incipit soluere ra-
tionem aductas in quatuor cap . in qua
titate vim prouare infinitū dari non tam
cum impotentiā sed actu : ait quādam
eārum non esse necessariā nec prouare
quod intendunt , quādam vero habere
objectiones in oppositum , id est quod
illis oppositæ sint veriores , & certiores
& tertiam rationem solvit , ex con-
tinua serie generationum , dicens ad
hoc non requiri materiam infinitam ,
sed sufficere finitam quia unius gene-
ratio est alterius corruptio , hæc vero
solutio corroboratur ex doctrina , quæ
traditur in libris de ortu , & interitu
vbi docet Arist . & cū eo omnes philosophi
unius interitiū esse ortū alterius , quia cū
materia non possit esse sine formā corrup-
ta hac forma necessariā debet introduci
ei alia forma , ne detur materia sine for-
ma & ita genitum non indiget noua ma-
teria , sed quod materia corrupti prior ex-
pellatur forma . & inducatur poste-
rior .

Solutum quartum dubium, quo dicebatur, omne finitum aliquo circumsstanti fieri, & illud alio, & ita dari processum in infinitum, usque deueniat in corpus infinitum nullo alio circumstanti finitum. Solutum haec ratione dicendo, quod aliud est tangere, aliud vero finiri, vel finitum esse. Nam tangere est ad aliquid extra se, at finiri, vel finitum esse non est ad aliud extra se, sed in se res finitur suo termino proprio, quasi dicat omne tangens presupponit extra se aliud, quod tangat, at finitum non presupponit aliud extra se, quo finiatur, sed suo proprio, & intrinseco termino finitur, & ita cessat obiectio. Quia non indiget aliquo circumstanti extra se, quo finiatur, & quod tangere sit ad aliud extra se probatur, quia non quodlibet corpus tangit aliud, sed quod potest agere in aliud. Vnde corpus elementare hoc modo non dicitur tangere celeste, quia non dicitur agere in illud, cum non habeat materiam communem,

Quintum dubium soluit, in quo dicebatur, possumus maiorem, & maiorem quantitatem sine termino imaginari, ergo ita est in re, & ita datur infinitum actu.

Respondeat, hanc intellectionem, & imaginationem non esse credendam, quia non ab eo quod res imaginatur esse, vel non esse, reuera est, vel non est, imo potius contra ab eo quod res est, vel non est imaginatio, vel intellectus, qua cognoscitur fluit, & quod sine aliquando nostra imaginatione facta sine fundamento in re sic ostendimus, quia possumus numerum maiorem quantitatis imaginari, quam sit in se, & existentem extra urbem, intra urbem esse, soluit primam obiectiōnē de motu, & tempore dicendo ita esse infinita, sed successiva, & ita tam probari dandum esse infinitum in potentia adhuc secundum imaginā-

tionem, vel intellectionem, ut hic Aristoteles ait, quia id quod agetur non est permanens, & ita inquit, quod magnitudo nec additione, nec divisione potest imaginari infinita, duas vero rationes dicit soluras iam fuisse ex dictis & ita epilogando colligit, quod sit infinitum, quomodo sit, vel non sit iam costat ex dictis, haec de litera.

ANNOTATIONES circa literam.



RIMVM dubium textus erga caput quartum est quomodo Aristoteles dicit punctum non esse infinitum, nec finitum siquidem in sequenti capite ait, punctum esse infinitum, similiter quid intelligat per affectum quando ait illud non esse finitum, aut infinitum.

Ad primum responder, quod infinitum potest sumi dupliciter, uno modo priuatue, alio vero modo negative, primo modo dicitur sic, quod punctum non est infinitum, secundo vero modo dicitur postea quod punctum sit infinitum, sumitut autem priuatue quando est apertum esse habere terminos, & non habet ad quod requiritur esse quantum. Nam huic debent termini convenire, vnde cum punctum non sit quantum non est infinitum priuatue. Sumitur autem negative quando, nec habet, nec potest habere terminos ut est illud, quod non est quantum, & ita punctum quod non est quantum est infinitum negative, quia terminati non potest cum ipsum sit terminus.

Ad secundū aliqui dicunt, vt Themistius, & Philopon, per affectū omnes qualitates intelligi sive prime sive, secundū,

Sue sensibiles sue non quia cū hæc omnia de se careant quantitate carent etiā passionibus illius ut sunt finitū, vel infinitū at Pselbas latius sumit affectū pro òni accidēti extra quātitatē quod ratione dicta nec est de se infinitū nec infinitū sicut nec est quantum cuius sunt istae passiones sed melius cum simplici San. Tho. & toll. hæc posset dici per affectū intelligi qualitates sensibile, quia dehis agere pertinet ad physi in cuius passionibus vollebat Ari. aducere instantiam non vero de qualitate in tota sua latitudine aut de accidēti in tota latitudine extra quātitatem.

Secundum dub. erga tex. tertium in quo Ari. probat quod infinitum debeat esse principium quia nequit esse principiatū cum hoc habeat principium quo debet carere infinitum dub. est, hæc ratio laborat in equivooco quia. i. sumit principiū pro principio generationis & reiquando dicit principatum debere habere principium. Secundo sumitur principium pro principio magnitudinis quo solo debet carere infinitum ergo ruit ratio Ari. cū in quatuor terminis arguat, & nihil concludit quia bene pōt fieri quod aliquid habeat principium rei & generationis quia est aliquid adeo creatum & tantū non habeat principium magnitudinis, quia resistat creata infinitam magnitudinem haber ad hoc. Respondet. S. Tho. concedendo quod petit sed inquit hanc rationem non esse iuxta mentem Aris. sed tantum esse antiquorum & tam quā illorum narrari & ita non inconuenit, quod non sit efficax & ita hic Respondet etiam Iauell. q. 7. quanvis etiam græci, vt Ari' propriam & bonam causam defēdat dicendo quod infinitum in actu eo ipso quod caret principio magnitudinis debet carere principio rei quod postea nos examinabimus inquirendo an possit esse infinitum in actu.

Tertium dub. est erga cap. 5. te. vbi 35. Ari. probat substantiam non posse esse infinitam quia de se indiuisibilis est, et er-

go dubium substantia Dei est vere indiuisibilis ut quod nec sit magnitudo nec multitudo & tamen est infinita ergo ex indiuisibilitate substantiae male colligit infinitum non esse substantiam. Respondet duplex est infinitum aliud entitatis infinitum aliud vero quantitatibus infinita entitatum est quod nullo prædicamento limitatur sed omnium perfectiones in se continet eminenter & hoc non indiget et diuisibilitate ad suam infinitatem imo requirit entitatem nullo prædicamento clausam sicut quātitas clauditur infinitum vero quantitatibus est quod & si ingre quātitatis limitetur sed intra illud terminus caret & hoc requirit diuisibilitatem vnde cum hic solū sit sermo de infinito quātitatiuo optime ex in diuisibilitate intulit carentiam illius.

Quatum dub. erga cap. 7. quid intelligat Ar. per annulum non habentem palliam. Respondet quod annulum uniformem nō habentem gemmam ista enim ratione sūx uniformitatis nec haber finem nec principium & ita dicitur quod ammodo infinitus ut vidimus intex. nā ille qui pallam habet cū habeat uniformitatem ratione dicit pallæ principium videtur actu habere & ita infinitatem ad huc secundum quid non haber.

Quintum dub. est quā sit differētia in ter totum & perfectum quod Ar. ait definiti per hoc quod extra illud sit nihil. Respondet primo differre quia totū necessario dicit partes ex quibus componitur si proprie sumatur, perfectum vero non necessario dicit partes, sed quod habeat sibi debitam perfectionem, vnde Deus dicitur proprie perfectum quia dicit omnem perfectionem sibi debitam sed non dicitur proprie totum cum non habeat partes nisi sumatur totum pro perfecto ut solet aliquando sumi quāuis frequentius pro cōposito usurpetur. 2. differēt quod totum dicit partes cum quadam coniunctione & compositione inter se, at vero perfectum in quantum nulla earum ei deficit huiusmodi autem

tem perfectum inquit Aristoteles pugnare cum infinito cum non habet finem vel terminum infinitum vero illius habeat est autem semper sermo de infinito quantitativo.

Sextum dub. est quid Arist. intelligat tex. 63. per coniuncti sicut linum liso. Responder quod ut Philipe. notat erat proberbiu[m] ad denotandum conformitatem doctorum.

Septimum dubium est in tex 67. quae cum descendimus inferius dividendo procedamus secundum materia[rum] quan do v[er]o superius ascendo procedamus secundū formā R. vero. S Th. rationem esse quia quando descendimus procedimus a partibus ad totum quod habet rationem formā cum continet omnes partes simul continere unde est proprium formā & hinc est quod in descen su nulla sit assignabilis paritas qua non sit alia minor at vero in ascensu aliqua est assignabilis magnitudo qua non potest excedi immo nec æquari scilicet quātitas illius totius cuius partes diuidendo & iterum coligendo coniungimus.

Octauum dubium erga texum. 69. quomodo Aristoteles dicat quod datur aliqua magnitudo ita maxima quod non possit per additionem separari si quidem apositio potest tendere in infinitum & hoc modo tendente quāvis magnitudo data potest separari. Respondetur quod duplice potest imaginari apositio primo secundum partes æquales & si hoc modo fieret optime probat obiectio quod quamlibet magnitudinem duam potest excedere etiam cœlestem, sed quia non sunt in rebus infinita partes æquales ut hac ratione fiat additio ideo naturaliter non potest excedi per appositionem partium magnitudo celestis sed omnes partes que adduntur intra cœli ambitum continentur. Secundo modo potest fieri appositiō secundum partes proportionales & hac ratione loquitur Aristoteles & ita non solum cœlestis magnitudo non potest excedi immo nec illius totius viii induersas partes coacerbando procedit appositiō in infinitum quia semper remanet illa pars. qua diuiditur amplius & amplius diuilibilis & ita nunquam exceditur magnitudo illius continui primo diuisi & hēc de hoc libro.

[. :)

S V P E R Q V A R T V M L I- brum Ari. Physicæ auscultationis

Cōmentaria vna cum quēstionib[us].

A V T H O R E P. F. PET R O D E O Ñ A
Sacræ Theologiæ Presentato.

Annotationes.

C A P . P R I M V M .

Quo probat locum esse.

Intelleximus Aristotel. in hoc caput, est disputare an sit locus & facit duo in prima parte tres questiones de loco proponit an sit, quomodo sit, & quid sit in secunda parte incipit agitare primā questionem an sit ad primam partem deueniendo constituit Aristo, hanc propositionem ad physicum expectat disputare an sit locus, quomodo sit & quid sit & ea probat duplaci ratione prima est omnia quae sunt in loco sunt & econtra quae non sunt in loco non sunt, ut chimera & mōstrum pertinet ergo ad physicum agere de loco, secunda est quia motus omnium communissimus & maxime proprius est localis & iste terminatur ad locum, & latio dicitur sed agere de motu pertinet ad physicum ergo & de loco, dicit autem eius tractatum esse difficultē duplaci de causa prima est quia quādā pāssiones indicant difficile essentiam difficile est cognitu talis res sed hoc habent loci proprietates nam quādā indicat illam essentiam quādā formam quādā neutrum cū igitur tam varia apparet natura loci ex ipsius passionibus difficile erit quod sit cognoscere altera causa est quia nihil habemus de illo ab antiquis traditum, vel dubitatum multum autem iubat aliorum doctrinæ dubia nāne pars facultatis est bene dubitate.

In secunda parte incipit declarare pri-
mā questionem an sit locus & primo proponit propositione affirmativa hoc argumentum ubi erat unum corpus aliud subintrat ut experientia docet ita quod eidem loco sucedant pluralocata ergo locus est quid distinctum a loco siquidem enim illius unitate stat huius diversitas.

Secundum argumentum videmus gra-
nia, & leuia moueri sursum & deor-

Circa literam.

sum quando non prohibentur ab alio, sed mouentur ad suum locum naturalem ergo re vera est locus patet, consequentia quia motus realis debet habere terminum reale, imo ait Aristotel. hoc argumentum probare quod locus habeat virtutem conservatiuam locati & attractiuam quod ex eiusdem dicto probat quod est nescio qua natale solū dulcedine cunctos ducit subditque Aristot. non sursum & deorsum sed etiam dextrum & sinistrum est species loci & ne aliquis cogitaret hos duos sursum, & deorsum solum esse versus nos visum dicatur quod est supra caput & deorsum quod sub pedibus inquit hos duos esse ex natura rei & patet quia quae sunt ex parte materiæ per nostram varietatem & mutationem variantur sed natura loca sursum & deorsum extra nostra variatione non variantur & fixa manet, locus enim quoilibet feruntur semper est sursum, & quo grauia semper deorsum nam partes mundi semper servant eundem situm etiam nobis variatis. Ex quo colligit duplex esse sursum, & deorsum & similiter de reliquis quodam naturale & quodam positione solum: naturale inquit Aristoteles non mutatur nec relatio est imo opponuntur haec duo contrarie, positione vero, & mutatur & relatio est ut modo dicunt respectu nostri columnæ dextra modo sinistra & exemplo hoc confirmat quia quantitas mathematica non habet naturalem locum nec eius dubius quia est a qualitatibus sensibilibus abstracta, at vero positione ad nos habet duas sursum & deorsum, potest habere ergo habere illas naturaliter & positione ad nos dicunt.

Tertium argumentum ad probandum locum esse distinctum a corpore locato est huiusmodi. Vacuus est locus non repletus corpore, aptus tamen replete, ergo distet a corpore locato, alias ipso non posset priuari.

Quarto confirmat ex sententia He-
siodei

Hesiodus qui dicendo terram de novo factam ante illam dixit esse Chaos, in quo recipere tamquam in loco quia existimatbat omne corpus esse alicubi & esse in loco infere ex hijs Aristotel. quod si loci natura est ut Hesiodus ponit antecedens locatum miranda quidem est quia est prior naturis omnium corporum quod pater quia illud est prius, quod potest esse sine alijs non tamen alia sine illo sed locus potest esse sine corpore non contra ergo est prior. Deinde accedit Aristoteles ad questionem: quid est de loco, quanvis & simul aliquid tractet de questione an & primum argumentum est erga genus loci quod non sit corpus omne corpus habet tres dimensiones longum latum & profundum se haec impossibile est in eis loco ergo locus non est corpus pater mihi, quia locus debet esse aequalis locato sed si haberet tres dimensiones non posset adessari locato nisi penetraretur cum illo quod est impossibile ergo locus non est corpus.

Secundum argumentum facit ad prouandum quod locus non sit receptaculum succedentium sibi in vicem in loco quia si esset ergo esset receptaculum linearum & punctorum quae sibi etiam succedunt sed hoc non quia punctum non est alias locis nisi aliud punctum sed hoc non quia sequeretur quod locus corporis esset corpus iam vero supra prouauimus locum non esse corpus.

Tertium argumentum est ad prouandum quod si locushaberet aliquam magnitudinem non posset assignari quid ipse sit quia vel esset elementum, vel ex illis compositum, & sic ex elementis, vel ex his corporibus, vel ex incorporibus vel intellectualibus principijs, sed nullum horum ergo. Quod non sit elementum vel ex elementi corporibus patet quia non est corpus quod non sit ex principijs intellectualibꝫ patet quia magnitudinem habet & quia posset aliquis exi-

stimate quod locus sit causa ex eo quod ponitur prior locato hoc removet quanto argumento quia non est materia aut forma cum ex hijs fiat res at ex loco non sit nec sciens & satis quia ista cum forma coincidunt vel secundum speciem vel secundum numerum.

Quintum argumentum est Zenonis, quo probabat non omne ens esse in loco ut prima parte capitatis supponimus, & est huiusmodi omne est in loco locus est ens ergo est in loco & idem argumentum fiet de illo loco & ita dabitur processus in infinitum sequitur ergo quod non sit locus & ita nullius erit natura, sexto pater quod non sit locus supponendo primo quod locus est aequalis locato. Secundo corpus est in loco & quod omnis locus repletur corpore ne detur vacuuu tertio corpora augerent fieri maiora & tunc facit argumentum si corpus locatum augeri debet eius locus etiam augeri debet quia per primam suppositionem sunt aequalia sed locus nequit augeri, ergo nec esse & quia posset aliquis dicere quod augetur locatum, vel acquirendo nouam partem in alio loco vel sine loco ideo utrumque refellit per primam suppositionem quia nec potest dari corpus sine loco nec aliquis locus vacuus vel alius possit subintrare & quod non possit locus augeri patet quia non est unde possit augeri & haec de hoc cap.

CAP. SECUNDVM. Quod locus non sit materia, aut forma.

Inventum Arist. in hoc cap. primo est pro vitaque parte pouere rationes, quibus probatur locum esse materiam, & formam & non esse materiam & formam supponit tamen locum esse duplum communem, & particularem locus communis est qui continet locatum & alia plura preter illud qua ratione aliquis nostrum potest dici esse in loco, quia

quia est in terra, & hæc in aqua, & hæc in aliis, quæ sunt in celo, cœlū autem respectu ignis non dicitur locus cōmuniſ, ſed proprius quia nihil præter ignem eſt immediate in illo, locus vero proprius, & primus eſt qui non niſi talem rem cōtinet ſicut locus qui immediate circumdat dicitur eſſe locus proprius, ex quo colligit argumentum, forma eſt terminus magnitudinis, & iſpus materialis cui in eſt magnitudo, at locus eſt talis terminus, ergo eſt foras ſed quod ſit materia alia ratione patet, locus non eſt aliud, quam inter uallum, & ſpatium quo magnitudo, & quantitas totius continetur, ut locus vini inter uallum, & diſtantia inter latera interna vallis, quod ſi hæc eſt locus, eſt materia compoſiti totius, quia hæc eſt diſtantia a quantitate, & in ea recipitur quantitas, & quæ iſlam determi na cum ſecundum ſit in dermina ſa, quod ergo ſit materia patet, quia ablatæ quantitate: & forma nihil aliud manet quam poſſit eſſe materia niſi iſa materia; & conſirmatur ex dicto Platoniſ qui idem dicebat eſſe locum, & receptaculum, hoc autem dicebat eſſe materialiſ quam ſic vocat in Thimeo in dogmatibus vero non ſcriptis magnū & parum appellat quem ideo Arift. cōmēdat, quia iſe ſolus primus fuſt agerſus quid eſſet locus diſputare ſed quod uis horum ſit materia, vel forma diſſiſte eſt de loco diſſerere, quia harum ſpeculatio altissima eſt præcipue quod vna ſine alia non poſteſt conſiderari.

Deinde in ſecunda parte capitiſ multis argumentiſ probare nititur locum, nec eſſe materialiſ, nec formaliſ, & priuim eſt, materia, & forma nequeunt separari a re iſpa manente, at locus separatur a re iſpa manente, ergo neutrū horum eſt materia vel forma, immo nec pars, habitus vel aliud quidpiam a re inseparabile major conſtar, & minor experientia probarū ſicut vas permanet recedentiibus liquoribus, ita & manente loco abeunt, & recedunt locata: & conſirmatur de

forma, quia iſta nullo modo eſt separabiliſ a re ſue maneat ſive non maneat, at materia aliquomodo eſt separabilis a re quia illa manet recepta, & quia ex hoc videbatur ſequi, locum aliquem habere cum materia ſimilitudinem, hoc reiicit alio argumento ex nominis energia, quia cu m dicimus locatum eſſe in loco & alibi ſignificamus quod ſit in alio extra ſe ergo non in materia, & forma, cum iſta ſint intrare post hoc redarguit Platoniſ, eo quod ex vna parte dixit numeros & idæas non eſſe in loco, dixit tam idæas participari a materiis & earum participatione conſtare composita, & magnum & parbum ſive materialiſ lo cum eſſe ergo ſequitur idæas in loco eſſe quorum primū ante negauerat. Ter tium ſupponit quod res nunquā mouetur ſurſum, cum intra ſe habeat id, ad quod deberet moueri, diſſert ergo locus a materia, & forma cum ad illū moueatur res motu locali non vero ad has. Quarto ſi materia & forma ſunt locus ergo ſequitur quod loci eſſet locus quod eſt falſum, præbabatur lequella, quia materia & forma ſunt in loco ab eis diuerſo, ſiquidem mutare debet locum, quod diſciptur moueri: at non mutat materialiſ, nec formam, ergo ſi iſte ſint locus ſequetur quod aliquid præter illas ſit eam locum & ita quod vnuſ locus ſit in alio, rurſus patet quod locus non ſit materia quia quando rarefit aqua non manet iſe locus, ſed minor manet locus aquæ eo rurſus locus in animaliſ non manet iſe quia non eſt idem locus naturaliſ aquæ & aeris, at materia non corrumpitur, ſed manet ergo locus non eſt materia. Concluſit dicendo ſe posuiſſe rationes veras quibus locum eſſe probatum eſt, & rationes diſputatiuas, quibusquid ſit locus diſcolum eſt, & hæc de hoc cap.

C A P . T E R T I V M
An aliquid poſſit eſſe in ipſo

Intenſ.

Inventum Atri. in hoc cap. est declarare V. aliquid posse esse in se ipso & facit duo in prima parte explicat quod modis dicatur esse in alio in secunda quo modo aliquid dicatur esse in se ipso. Ad primam partem deueniendo quia loco praecipue conuenit quod in ipso sit aliquid descriptum quod modis dicatur esse unum in alio & enumerat. 1. est quo pars est in toto ut dicitur in manu & anima in homine, secundus est quo totum in suis partibus simul & ne videatur totum non esse in partibus ideo cum totum non esse extra partes. 3. est quo spiritus est in suo genere, vel particulare in suo vivi ut homo in animali. 4. est quo genus est in spe ut animal in homine, & quaevis pars definitionis in ipsa definitione. 5. est quo forma est in toto composito ut sanitas in animali. 6. est ut in causa efficienti ut in rege est iudicium & in patre sunt filii. 7. est ut res in fine sicut animans in animato. 8. sicut aliquid est in vase & in loco & hunc dicit esse modum maxime proprium relati qui vero dicuntur per analogiam ad hunc in quantum id quod dicitur esse in loco conservatur & recipitur in eo.

In secunda parte intendit probare aliquid dicatur esse in se ipso an potius in aliquo extra se ita ut vel nquam dicatur esse res, vel in alio dicatur esse & pro huius declaratione not. est quod se secundum se esse in loco contingit dupliciter, vel secundum se totum aut secundum sui partem & subdit statim quod quando aliquod totum habet plures partes, & earum una est in alia dicitur esse ratione illius in se ipso sicut amphora vini dicit duas partes amphoram & vinum & ratione vini dicitur esse in amphora subdit quod non alio modo dicitur aliquid esse in se ipso quam secundum partem sicut album dicitur esse in corpore per superficiem; & scientia in homine per animam & non diceretur ita esse in se ipso si illa essent separata & non essent partes, similares quando vinum &

amphora scorsum sunt non dicitur amphora esse in se ipso nec vinum in se ipso sed quando simul coniunguntur tunc amphora vini dicitur esse in se ipso & ad denotandum quod totum est in se ipso ratione partium hoc exprimit hoc exemplo ut albū dicitur esse in homine quasi dicat albū dicitur esse in homine ratione partium hoc est secundum aliquam partem scilicet corpus in corpore vero secundum superficiem & quod nihil sit in se ipso secundum totum patet primo inductione omnium modorum eorum quibus unum dicitur esse in alio inter quos nullus est quo dicatur aliquid esse in se ipso secundum se ratione secundo sic probati si amphora vini est in se ipso secundum se sequitur quod sola amphora sit amphora vini & quod solum uisum habet amphorā vini & ut probet hoc ponit quod siue amphora vini sit in se ipso siue non nec potest ponи aliud quod continet, quam amphora nec aliud continetur quam vinum quia nec amphora continet ratione vini nec vinum continetur ratione amphorae & tunc ita formal argumentum si amphora vini est in se ipso secundum se totam ergo amphora vini est est quod recipit & quod recipitur aliter in se ipso primo non est sed ut supra vidimus solum continet amphora ratione amphorae & solū continet vinum ratione vini ergo amphora vini est per se amphora & per se vini sicut intulimus deducendo ad inconveniens conciudit ergo nihil est in se ipso, secundum se ratione partis.

Modo vero patet non esse aliquid in se ipso ratione accidentis, aut secundum accidens 1. quod est in eo quod est per se quia sequeretur duo corpora esse simul penetrantur in eodem loco & patet demus aliquid quod sit in se secundum accidentis & hoc sit amphora sola ergo in alio quod secundum se est in amphora, sed supposito quod sit plena vino nihil aliud est secundum se amphora quam vini num ergo amphora est secundum accidentem in

dens in seipsa quia est in vino quod secundum se est in amphora tunc sic quando vnum corpus est in se secundum accidens quia est in alio, quod secundum se est in illo tunc proximus est quod per se est in loco sed amphora dicitur esse in se quia est in vino quod secundum se est in amphora ergo magis est vinum proximum amphorae quam ipsa sibi sed ipsa non est maior se ipsa nec occupat nisi vnam locum ergo vinum cum sit magis proprium amphorae nec per se, nec per accidens dicatur esse in loco sed tantum secundum partem Respondebat modo argumento Zeno non dicens tolle processum in infinitum quia non omne quod est in aliquo, est in illo tanquam in loco sed locus dici tur esse in locato tanquam forma extrinseca unde ad quintum modum essendi in alio debet reduci concludit ergo locum nec esse materiam nec formam quia iste sunt partes compositi at vero locus non est pars illius quod est in loco, & haec de hoc capite.

CAP. QVARTVM. Quid locus sit, & quas habent proprietates.

INVENTUM AR. IN HOC CAP. EST DECLARARE EX PROPIA SENTENTIA QUID SIC LOCUS, & FACIT DUO PRIMO PROPONIT QVADRILA PROPRIETATES LOCI SECUNDO TRADDIT DEFINITIONE LOCI AD PRIMAM PARTEM DEVENTENDO PRIMUM PROPRIMUM LOCI EST CONTINERE LOCATUM HOC EST IPSUM CIRCUMSCRIBERE & TERMINARE. SECUNDUM EST NON ESSE ALIQUID INTRINSECUM LOCATI NEC MATERIAM NEC FORMAM NEC ALIQUOD EIUS IN HARENTE AUT EIUS PARTIUM SED SOLUM EXTERNUM CONTINENS. PROPRIMUM EST LOCUM PRIMUM & PROPRIMUM EQUE NEE LOCATO DICIT VERO PROPRIMUM AD DIFFERENTIAM COMMUNIS QUI EST MAIOR. QUARIUM PROPRIMUM EST QUOD LICET NUNQUASI LOCUS ABSQUE ALIO LOCATO AQUILIBET TANDEM SEPARARI, TERTIUM PROPRIMUM EST OMNENSI LOCUM VEL ESSE SURSUM VEL DECORSUM.

EST VNUQUODQUE CORPUS NATURALE IN LU locum naturaliter vbique manere & qui escere. IN SECUNDA PARTE DICIT TRADDIDAM ESSO DEFINITIONE LOCI CUM TRIPLEX CODITIONE. 1. EST QUOD DUBIA PROPOSITA SOLVAT CUM POSITA Fuerint circa quiditatem loci. 2. EST QUOD PROPRIETATES CONVENIENTES LOCO NON AUFERANTUR. 3. EST UT CAUSA DIFFICULTATES & DUBIORUM APPERIATUR ITA UT OMNIA RELINQUANTUR CLARA SI ENIM TALIS Fuerit DEFINITIO DATA OMNIA ERUNT DEMONSTRATIO IN API SIMAM VIA Vnde IN DAGANDI LOCUM PONENDI DICENDO EAM ESSE EX MOTU, VEL PLURIMI CORPORUM SUCESSIVE IN EODEM LOCO, VEL VNI CORPORIS PER PLURA LOCAMIGRATIS Sicut EXDIUERSA MUTATIONE FORMARUM IN VNA MATERIA ACCIDENTIUM IN UNO SUBIECTO FECIT COGNITA MATERIA SUBSTANTIÆ & SIMILITER ACCIDENTALIS CONFIRMATUR EX ANTIQUIS QUI ITA EX MOTU IN DAGABUNI LOCUM QUOD CETERUM DICEBANT MAXIME ESSE IN LOCO QUIA MAXIME MOUERET SED HOC NON ITA EST SECUNDUM MENTEM AR. & Dicit DUOS ASSE MOTUS QUIBUS LOCUS EST COGNITUS PRIMUS EST LATIUS, QUIA VNU LOCUS DESERUIT TOTALITER & ALIUS ACQUITUR. 2. EST AUGMENTATIVEL DIMINUTIO QUA MAIOR PARS LOCI ACQUITUR VEL PER DITUR MODO VERO DISTINGUIT MOBILE AQUIBUS CONVENIENTE MOTUS DICENDO QUÆDAM SUNT QUA MOUENTUR A ETI & PER SE VEL SUNT IPSA TOTA QIBUS PER SE INEST MOTUS VEL HOMO IGNIS & C. ILLA VERO PER ACCIDENTES QUA MOUENTUR QUIA SUNT IN EO QD PER SE INQUETUR QUA SUNT DUPLEXIA QUÆDAM PER SE SEPARATA MOUENTI, VEL SUNT PARTES INTEGRANTES QUA DÜ SUNT IN TOTO ILLIUS MOTU MOUENTUR PER ACCIDENTES POSSUNT TANDEM AB ILLO SEPARARI, & PER SE MOUENTI ALIA VERO MOUENTUR PER ACCIDENTES ITA VEL SEPARARI NON POSSINT VEL PER SE MOUENTUR Sicut Sunt ALBEDO & RETINQUA ALIA ACCIDENTIA QUÆVIS ERGO HOE TRIPLEX MOTU ALIQUID DICATUR MOUENTI EX 1. PRECIPUE & 2. INVESTIGATUR NATURA LOCI QUI IN HOC CONSENSU QUOD NOVÆ PARTES, VEL EX EXTREMIS INCIRCUMSTANS CONTINEAT LOCATUM, & ITA POSSIT DISCRIMINARE MODUM QUAO CONTINENT PARS & QUAO CONSTITUTUS LOCUS, & QUAO INTER LOCUM COMMUNEM, & PARTEM NON EST.

Annotaciones

non est similitudo in continentia quia locus eorum non proxime, & immediate continet, sed tantum inter proprium locum & partem, quia locus proprius, proxime & immediate continet, ideo hincrus hic repetit illam distinctionem locum communem & proprium & eam declarat & quod distinxit patet quia locus generationis non est aequalis locato, locus vero proprius est aequalis locato.

modo aducit tres differentias inter id quod proxime continet & locus, & totum ipsum & suam partem, Prima est, quod pars est continua ipsi toti at locus non est continuus locato sed tantum contiguus, ita ut se tantum tangat: & secunda sunt peripheries ultimae corporis continentis, & contenti alteram conuexam, & alteram concavam quae ita sunt aequales, ut nec una aliquid aliud quam alia ambiat, nec e contra quia simul sunt, inquit alias, simul aducit differentias ex ratione continui & contigui, &c. Primo quod id quod est contignum mouetur per se in illo, adhuc illo manente immoto, ut patet in aqua, que in vase immoto mouetur ad quod alteri est continuum mouetur in ipso, idest per se non habet motum intrinsecum ipso toto, & nunquam potest moueri, nisi moueat ipsum, in quo proxime est. Tertia differetia est, quod id quod est alteri continuum est in illo, ut in parte quod vero est contignum, est in illo ut invaserit dum modice extendi in alio, differunt, ex pluribus patet locum esse ultimum corporis continentis aequaliter, primo contento ipsi contiguum, & proximum nihil ipsius intrinsecum.

Modo ex aductis proprietatis aducit genus loci hac ratione locus, vel est materia vel forma vel internallus intercep- tum inter latera superficie continentis aut ipsa superficies continens, sed non est forma vel materia vel rale interuum ergo est ipsa superficies continens, & ita soluit rationem propositam qua dicebatur locum esse formam eo quod vtraque terminus continens & Respondebat dis-

Circuliteram.

parem esse rationem quia forma est terminus intrinsecus existens in te, cuius est, ideo terminus at locus, est terminus extrinsecus existens extra illud cuius est terminus, ita quod forma sit locata intrinseca locis, vero non ostendit preterea locum non esse interuum ponendo rationem quia videbatur esse, & erat quia existimabant antiqui inter latera super facie continentis esse quodam spatiū idest, quasdam dimensiones interminatas quae penetrantur se habebat cum quocunq[ue] corpore aduenienti, ita ut per illum recessum nouū corpus adueniret, loco vel spatio isto similiter cum illo penetrato, & quo ad profunditatem eo quod videbant quilibet corpore contento, & contiguo recedente spaciū illud in quod recipiebatur idem manere quod est proprium loci hæc Aris, rejecit dico inter latera continentis, non esse aliud spatium & interuum rationale quam cuiuslibet corporis contéti, quod incidit, & succedit, ut spatiū inter latera vasis est aqua quādō aqua est plenū & aer quādō est plenum aeris vel aliud quodvis corpus quod dicitur repleri, ita quod si inter talia latera nullum mediatet spatiū iungenteretur statim latera utris interius substracto aere iungentur statim dicit autem istud spatiū esse quodlibet corpus eorum, quisi apta sunt tangere ita quodvis discontinuum corpus quia si esset continuum non posset tangere duplice iter vero patet tale interuum non esse locum, primo quia id sequeretur esse infinita loca in quibus corpore succidente quia qualibet pars per se haberet suum locum cum qualibet se penetraret cum illo spatio & cum sint partes infinitæ essent loca infinitando vero quanvis sint partes infinitæ, sed quia non possunt in loco ratione sui, sed ratione ultimæ superficie quia terminatur tale corpus, ideo contra nos non sequitur quod sint infinita loca primo probat quia sequeretur locū esse perse in loco & vni locati esse duo loca vel multa quæ tamē est falsū & patet ponat vas repletū

quaenam spaciū cum aqua peregrinatio dicitur esse locus in alio vase ubi est aliud spaciū cum quo etiam penetratur ergo sequitur quod unius aquæ erit duplex locus per se alter spaciū illud primum cum ipsa penetratum alter spaciū, secundum cum illa similiiter penetratum imo cum possit penitus in alio & alio spacio sequitur quod unius locati sint duo imo & plura loca per se & rursus sequitur quod unus locus sit in alio ostendit vero Aris, hæc inconveniētia non sequitur ex sua sententia ponendo ultimam superficiem continentem, & concabam illius vasis unde quando vas mutatur non manet idem locus respectu vasis quia aliud diversum acquirit, sed manet idem locus respectu aquæ quia manet eadem superficies concava vasivæ de non sequitur quod illa aqua habeat simul duos locos proprios sed tantum unum scilicet superficiem concavam corporis continentis quanvis illud continens modo sit in uno loco modo in alio quia localiter mouetur & ita in hoc casu aut quod non manet locus mundi, i totius vasivæ sed tantum maneat locus aquæ proprius & proximus scilicet superficies interna vasivæ.

Deinde Aris probat non esse materialiter licet aliquam cum illa habeat similitudinem, quæ in hoc consistit quod sicut eadem materia eadem manens modo suscipit unam formam modo vero aliam ita quod nunquam sine aliqua inueniatur ita locus idem manens est quiescens modos suscipit unum locatum modo vero aliud ita ut nunquam sit absque aliquo ostenditque triplicem differentiam prima est in transmutatione non in mutatione materiae quod erat aer dicimus mundo factum aquam at nihilo eo solum diximus ubi erat aer nunc esse aquam non ergo eodem modo materia & locus sunt receptiva alia differentia ita est quod materia est pars rei & non separabilis ab ipsa manente quia manere non potest aqua sine sua materia at vero manet res separata

a loco in quo erat tercera differentia materia continetur & determinatur at locus continet & determinat non ergo sunt idem, & ita concludit quod locus non sit materia, vel forma, vel inter vallū debet ergo ultima superficie esse corpora continentis declaratis vero quod debeat esse illud quod continetur dicere illud debere esse corpus mobile.

Genere loci iam de clero pergit ad declarandum differentiam nam omnia dicta, eo ut ultimam superficiem corporis continentis nondum attingunt loci differentiam, quia vas etiam conuenit, quod sit ultima superficies corporis continentis, & tamen non constituit locum, & dicitur sed difficultate talem invenire differentiam quia locus cum aliis pluribus habet conuenientiam & similitudinem praecipue cum intervallo, quia sicut hoc manet quietum & immotum motus corporibus ita & locus, & ob hoc videretur, quia istud interuum sit locus & ponit motuum antiquorum penetratum tale interuum, & erat, quia cum aer sua immediata ruitate invisibilis appareat putabant inter latera continentis. v.g. vassis esse spaciū aliquod, vel interuum penetratum cum ipso locato, cū tamen reuera non sit sed tātum aer occupans talem locum, qui nec vacuus est, neque aliquod spaciū vel interuum habens præter aerem quando aer est contentus sicut est corpus crassum quando istud continetur.

Ponit tandem differentiam. & convenientiam interlocum & vas & modos continendi virtusque connenunt enim quod virtus continet, differunt tamen quod vas est mobile locus vero non est, vas similiter trahitur & inquietur cū re contenta, at vero locus non simul trahitur cū re contenta sed manens loco re trahitur & mouetur, & ponit exemplum de umbra quasi comparetur ad aquam subiecta illam est simul cum illa trahitur & hæc respectu illius non habet rationem loci, si vero comparetur ad ipsum flubium

Ambium quo manente immoto in eodē, ne mōpe sitū mouetur umbra, & habet iste respectu illius rationē loci & sic omnis.

Ex dictis colligit integrā definitio nem loci quæ sic se haber, locus est terminus, primus continentis, immobilis, diciens terminus vel superficies, ad excludēdum interuum materialē & formā dicitur primus ad excludēdū locū cōmūnem qui non secundum, sed medio proprio coantet, dicitur immobilis ad diffētiam vassis quod non manet immobile & fixum, quod sit locus immobilis confirmat ex omnium sententia ponentiū duo esse loca omnium proposita, alterum sursum, & alterum deorsum, Primum est superfcies cōcava luna quæ versuosest.

Secundum est medium cæli puta terræ locus sed hęc dicuntur propriissimē loca propter immobilitatem, quia superficies cæli, semper seruat eundem situm, quantuncunq; mouetur, & similiter terra in eadem manet proportione, & quod sunt ista loca sursum, & deorsum, patet ex motu quia levia dicitur moveri, sursum cum ferantur ad concavam cæli superficiem que versus nos est, in qua quia ignis immediate cōtinetur, dicitur esse sursum, grauiaverò dicuntur ferri deorsum cum ad concavam superficiem aquæ vel aeris ubi, id est cooperia terra ferantur in qua quia terra immediata continetur ideo dicitur esse deorsum, & cōcludit soluendo hanc obiectiōnem, si locus nō est interuum se peneras cum loco quo modo poterit esse in loco, & in eo coniungi, Respondebat hanc coniunctionem esse secundum superficies ultimas quibus se tangunt, scilicet coniungitur finis cum in eo, cuius est finis quorūm coniunctione eundem extremitatem. Et hæc de hoc capite.

CAP. QVINTVM.

Quo modo cælum sit in loco.

In tendit Ari, in hoc capite ex loci definitione declarare quæ dicantur esse

in loco, & facit duo, Primo declarat quæ dicantur esse in loco, Secundo quasdam soluit obiectiones, & loci proprietates adducit ad primam partem deueniendo dictum illud corpus secundum se esse in loco quop haber extra se, aliud cōtinens illud vero quod extra se non haber, aliud continens secundum se non esse in loco, esse tamē posse secundū partes, ut si aqua extra se, nō haberet aliud corpus quo cōtinetur non dicereatur esse in loco secundū se totā nec hoc modo moueretur sed secundum partes moueretur quāvna eam in altera continetur, ut in loco, & ita subdit Ari, quod totū, id est in unius sum quodammodo mouetur & quodammodo non secundum se nō mouetur cū sicut mutet locū, at secundū partes mouetur secundū quasdam circulariter, vel secundū orbēs celestes secundū alias vero sursum, & deorsum ut secundū elemētagrāvia, & levia quia secundū has est in loco aliter tamen & aliter pro partium diuestate omnī iam explicuisse quo modo mouetur hoc totū modo vult declarare quomodo sit in loco quia per motū aparet locus & dicit dupliciter posse esse aliquid in loco actu, & potentia, sicut pars inest toti cōposito cōtinuo similari non actu sed potentia quia diuidi possib; ea & contigua manere actu quādo iā sunt diuisēpartes adiunīcē, ea vero quæ sunt actū in loco sicut subdividit quādā secundū accidēns, & declarat exēplis dicendo, q; perse est in loco omne mobile sūm locum vel sūm augmētum vel decremētum vocat vero mobile sūm locum quod totum locū deserit quādo mouet alium ac quirēdo nouum & hac ratione mobile circulariter vi cōculum nō dicit mobile sūm locum quia iste motū nō dicit, ut primū latius ed cōculatio modo ergo subdit q; cōculum, iā vniuersalē, sūm se totum nō est sic in loco perse quia nō est extra se aliud corpū quo ambiās partes tamē ipsius sūnt hoc modo quia vna cōtigua est alterī & ab illa ambī alia vero in uitē esse in loco per accidēns ut anima & cōculum & quia du-

bitate quis poterat huiusversum est solo eo. secundum, quas sit in loco, & que sit aliam locum hoc declarando omnia esse in celo sit. q̄ terza sit in aqua hæc in aere, sive in igne, & ignis in celo, tali vero sit quædam totū in quo istacōtē nō & ipsi mō in alio, & quia cœlō nō cōsiderat, hisi tantū vñitiam in superficie secundū quā targit mobilita corpora id est clementia id est locū horum, secundum eum vñleinum terminum quem ideo qui elecentem, quia nou mutat secundum se etiam locū in sed intra illum mouetur.

Modo vero soluit argumēta ante adducta ea recitando nam solutiones expresse non ponit, quia nō sunt ex declaratio- ne loci unde ad primum dicitur puod nō necesse augere locū aucto locato & rationem reddit phisice, quia augmentum corporis sit secundum in adimensionem longitudo in latitudinis, & profunditas, at locus non dicit profunditatem, sed tan- tum superficiem ambientē unde latitescit quod ista superficies extendatur eodem tenore quo est locatum auctum, & non requirunt quod augatur locus.

Ad secundum negat punctum haberet o- cum ratio est, quia locus est superficies ambiens ac sola corpora per se ambiant. Ad tertium negat sequi penetrationem loci cum locato quia non sunt aequalia, secundum profunditatem ex qua seque- res hæc penetratio sicut sequitur pos- sitione intercallo, sed tanto mō sunt aequalia secundū ultimas superficies quibus pos- sunt se optime tangere sine penetratio- ne solute quicquam rationem Zenonis di- cendo nō quid est in loco esse debet sed fatus est habere aliud medium effendi in alio, & ita locus est in locato non ut in lo- co, sed ut in loco in terminato id est tā quam extrinseca forma, *hom. diuin.*
al. Sextam aducit proprietatem dicendo, omnia ferrī naturaliter in locum suum subiungantur ut quiescere ut ignis adeo cabū in luce aer ad concabū ignis aqua ad concabū aeris de cuius rei ratione, quia locata habent quādā conuenientiā

& conformitatem cum locis quod vocat Aris. congenera id est cōsequenter, & im- mediate se habentia ut ignis, & aer iste, & aqua hæc, & terra, & cōnaturalia vel simbola i testē cōvenientia, vna in qualitate sicut conuenienter cum igne in cali- ditate, & cum hoc aqua in humilitate & cum ista terra in frigiditate sunt, & iam coadunata, & compatibilia quia a natu- ra sic ordinata sunt ut cum ibi sunt can- quam in locis proprijs nō le destruantur & ratione etiam cælestis in fluxus ac- vero quando exira illa se rāgunt in tuos se destruum reddit vero rationem quare locatum maneat, & quiescat in suo loco naturali dicendo tā esse, quia sicut pars diuisa tendit ad suum totum, ita locatum ad locum, sed pars quādā suum attingit totum vñterius nō progradientur ergo no- locatum obirent loco suo naturali, & os- tendit quomodo locatum se habeat, ut pars & locus ut totū ratio est, quia aqua quā est locatum se habet ut materia aer vero quā est locus, se habet ut actus & for- ma ut materia rationem habet partis ac- tus vero, & forma totius, quia per ipsum consummatur & quia aqua sit materia, aeris patet quia est in potentia ad ipsum, quanvis, & etiam ad aquam sit aer in po- tentia, sed diversimode pro quo est notandum, quod elementa quoniam sunt perfectio- ra alijs sunt minus materialia & superio- rem occupant locum magis accedendo ad cœlum, secundo est notandum quia quando ex aliquo imperfecto, & inferio- ri sit superius & perfectius, dicitur ge- neratione quando vero ē contra potius cor- ruptio dicitur ex quibus Aristoteles col- ligit quod inferiora clementia cum sine imperfectione se habent, ut pars, & ma- teria ex qua generantur, superiora ista unde ē contra se habent, ut totum, & for- ma, unde cum ista sit locus illa vero locata bene, sequitur quod locatum se habet ut materia, & pars nō q̄ re vera cō- ponat sed q̄ se habet admodū partimate- rialis in quantū de terminat, & cōtinet, & cōduerit ut totū, & forma quia cōti- nē-

ner, & determinat, huius vero tractatum emittit ad lib. de generatione. Concludit vero Aristoteles quod cum aqua & iuferus quodcumque simul sit actus & potentia, diversi modo tamen, quia est aer qui dicitur actus est vero actu, materia ipsa, dum materia est aqua est materia & pars in hoc statu perseverans aeternam tanguit & est in eo tanquam in loco ut & cum conuersa fuerit in aerem iam non erit in ipso loco sed unum cum ipso, quanuis alius & breuerius hunc locum declarat. Toletus dicendo quod locus & locatum constituent quodammodo unum totum in quo locatum se habet ut materia: locus vero forma & ita sicut materia tendit ad totum se copulando formae. & velut non procedendo ita locatum ad suum naturalem locum & ita hunc de loco tractatum Aristoteles concludit dicendo se deloco explicuisse in sit, & quid sit, quod modo, & qualis.

ANNOTATIO nes circa literam.

Primum dubium textus est ergo cap. primum tex. I. quid intelligat Arist. per questionem quomodo sit locus. Respondent Themistius, & Averroes, quod intelligi questionem sit substantia, vel accident. Simpli. vero questionem qualis sit locus, anteposuit vero questionem, qualis questione quid sit, quia licet quidditas & essentia in re sit prior passionibus, que pertinet ad q. qualis sit, sed quatuor ad nos priores sit passiones ipsa essentia & quiditate cu[m] perillas indagetur & inuestigetur essentia & quidditas rei ipsius.

Secundum dubium, quomodo Aristoteles dicat, omne quod est, esse in loco cu[m] spiritualia sint, & non sint in loco circulus circuatio, de quo est sermo, & quomodo Aristoteles hoc probet dicendo, quae non sunt, non sint in loco, ergo quae sunt, sunt in loco. videatur enim arguere ab opposito antecedentis, ad oppositum consequentis, quae argumentatio est viciosa. Respo-

detur quod ut metha, interpretantur. Arist. loquebatur ex sententia antiquorum, qui existimabant ens & corpus conuerti & ita, cum omne corpus sit in dicto loco similiter & ens. & hoc significauit Arist. illo verbo existimabat, ut Simpl. & Alex. notant: nam omnes antiqui erant in hac sententia nisi qui tollebant omne incorporeum, in terminis autem conuertibili bene valer dicta argumentatio ratione metatice sicut vidimus cap. 10. post. & hec est ratio propter quam secundum hos antiquos, qui omnia dicebant esse in loco confundebant phis, cum metaphys., quia ens de quo metha, & corpus de quo phisi ca confundebantur, & unum non erat alio superius.

Tertius dub. quomodo motus localis dicitur communissimus & maxime proprius cu[m] haec duo videatur pugnare. Respondeatur, q[ue]d dicit communissimus, & quatuor ad nostra cognitionem, quia omnis, qui cognoscit esse motu, communiter cognoscit localem motum, & ita ratio prius in eius termino a quo fuit primo cognita, ut Arist. docet. s. metha. & primo dicit communissimus extensio, quia se extendit ad omnia corpora tam animata, quia in animata, tam mixta, quam simplicia, tam corruptibilia, ut sunt elementa, quam incorruptibilia ut sunt celi, ad quos nullus aliis motus augmentationis, alterationis, vel diminutionis extendunt, dicitur tamen propriissimus non sumendo propriu[m] videlicet cetera communia, quia haec ratio ne est repugnantia in dictis, ut patet dub. sed principali ita ut sit principalissimus omniu[m], q[uod] debet intelligi ex parte subiecti, quia conuenit principalissimo mobili ut est celeste, non ex parte terminali, non potest esse praestator, sicut est alteratio terminata ad qualitatem, que praestantior est ipso ubi ad quod motus localis terminatur, vel dicitur propriissimus ratione continuatatis, que maxime propria est motui cuius sit de genere continuorum ut 3. phis. dixit, nam propriissime habet continuatatem, sicut cu[m] habet spa-

Annotaciones

rium supra quod fuit, cum ergo proprietas neutrino modo dicto excludat quancunque cōmunitatem extensiām, hinc est quod cōmuniſſimum & maxime propriū possunt ſimil coherere in motu locali. Et si vltius queras cum ad phisicū expectet agere de motu, & enī mobilis, quare agit de loco, qui in mobilis est ut ex eius definitione patet. Respondit Toletus & bene, quia licet in loco immobileſ, eſt tamen terminus motus, cuius gratia fit motus, alijs vero verū aliter hunc Arist. textum dicendo motum localēm eſt cōmuniſſimum, & primū loco propriissimum, vel quia cōlōrū motus eſt omnium primus, cum ramen sit localis, vel quia in quolibet mobili eſt prius eſſe in alio quod per motum localēm acquiritur, quā reliquos motus exercere cum hi p̄aſuonant motum.

Quartum dub. erga ſecundū tex. quare Arist. probat locum eſt, cum ſe per ſe notum, in perfevero notis nulla requifitetur probatio. Respondet Auerroes, quantum id probat Arist. feciffe, quia iam eſt difficultē cognoscere quid sit, ut videatur non eſte vnde ad hoc dub. propulsandum id Arist. probauit, melius tamē respondit Toletus, quod aliud eſt lecum eſt, & hoc eſt per ſe notum, & ita nō probatur hic ab Arist. & ſimiliter probatur de quoconque corpore, aliud vero eſſedif tinetur a corpore locato, & hoc non eſt per ſe notum, & ita probatur ab Arist. & ſimiliter probatur cuicunque corpori ſe ſibili ſuum debere correspondere locum quod per ſe notum non eſt quantum illis locis eſte absolute ſit per ſe notum.

Quintum dub. quid intelligat Arist. tex. 4. quando inquit ſurſum, & deorsum ante, & retro, & reliqua eſſe species & partes loci. Respondetur cum cōmentatore & Toleto hic, quod ista differentia loci poſſunt conſiderari dupliciter. Primo in quantum ſunt termini motum naturalium, id eſt quādam vbi diversa terminantia diuerſos motus. & hac ratione ſunt species loci, & tantum duæ ſurſum

Circ. literam.

& deorsum quia corpora naturalia tantum mouentur ſurſum aut deorsum naturaliter, & ita vocavit has differentias, species loci. Secundo poſſunt conſiderari in quantum integrant vnum locum naturalēm, aut vnum locatum, & hac ratione dicuntur partes loci, & ſunt ſex, ſurſum, deorsum, ante, & retro, dextrum, & ſinistrum, quae in animalibus ſunt in ſe eſe, & ex natura rei distincte ut patet in celo etiam ſunt distincta, ut hic docet Toletus, quia Septentrio eft deorsum, Auster ſurſum, Oriens dextrum Occidens ſinistrum, &c de quibus in ſecondo de Celo latius agemus, & haec ad inſinuandam diuerſitatem dixit Aristoteles eſte species quādam locialias ve ro partes.

Eriga ſecundum caput ſextum duum eſt, quomodo Aristoteles dicat locum communem diſſerte a proprio quia iſte per ſe continet, ille vero non, contra etiam locus communis per ſe cōtinet ergo nulla eſt differentia, minor patet quia cęlum quod eft locus communis per ſe conuenit haec inferiora, ergo per ſe. Respondetur quod continere per ſe ſtat dupliciter, uno modo immediate, & primo non medio alio loco cōtinenti, & hac ratione conuenit locus proprius. Secundo immediate intercedente alio loco intermedio, & hac ratione continet locus medio proprio & in hoc voluit ponere diſcri men, vnde nō ſumitur per ſe ut diſtinguitur contra per accidens, ſed ut diſtinguitur contra per aliud quando ait, quod locus proprius priplus per ſe cōtinet nō vero communis & ſe tollit diuerſitas.

Septimum dubium erga textum 17. quomodo Aristoteles dicat quod manente uno & eodem loco variantur ſucceſſus ſua locata ſiquidem recedente uno locato aer, qui erat locus cōtinuatur ſucceſſus alteri, & ita locus nouus aduenit quare non videtur poſſibile quod ſit unus numero locus a quo vnum locatum eſcit & aliud ingreditur. Respondetur, quod in loco dupliciter poſſunt variari superficies

ficies aeris ambientis ut postea latius dicitur, primo maliter, quād manet in eodem situ & distantia ad partes fixas mundi ac anteā erant, & hēc variatio non variat locum cum forle illius maneat in uariatum, secundo modo possunt variari for maliter quando variatur distantia ad partes fixas mundi & hēc variatio infert variationem loci cum eius formale varietur modo ergo dico quod per recessum vnius locati & accessum alterius solū possum, variati superficies primo modo & ita bene Ari. dixit quod manet idem locus cum quāuis alia sucedens superficies in eadem distantia, & continentia sucedat ac præcedens.

Erga cap. tertium est. 8. dubium quōmodo do hēc proposito amphora vini est in se ipsa concedatur ut vera ab Arist. ratione partis quia vinum, quod est una pars est in amphora que est alia quia in propositione identica sicut ista viderur eandem suppositionem habet res in predicato ac in subiecto sed in prædicato supponit amphora vini pro aggregato ex vitroque ergo in subiecto ergo sequitur iam quod idem sit in se ipso secundum se totū quod repugnat rationi & Ari. hic respondebat Iauello q. 11. quod aliud est prædicari ali quid de se ipso identice aliud vero esse in se ipso quia ad primum nulla requiritur distinctio inter subiectum & prædicatum & ita sunt in hēc petrus est petrus vitrobi que supponit Petrus eodem modo simili ter in hac amphora vini at vero ad secundum requiritur necessario distinctio inter id cui aliquid inest quod habet rationem continentis & id quod illi inest quod habet rationem cōtentis unde quando aliquis terminus significat aliquid compositū habens duas partes quarum una continet & alia continetur quanvis inducetur posse sumi aut pro solo continentis ut quando dicimus amphora vini continet duos gatos vini quod his pane dicimus esse jarro de vino eaque dos azumbres, aliquando pro solo contento ut quando dicimus fortes viuit ciatum vini quod Hispane dici-

mus, se bene media arroba de vino, quia quia certum est quod non viuit ciatum vini, vel vīs continens sed tantum liquore contentū & nihilominus in illa propositione in qua prædicatur vīnum continere in alio nec a parte prædicati debet sumi pro solo contento & a parte subiecti pro solo continentis unde dicere quodam phōra vīni sit in seipso facit hūc sensum vīnum solum continetur in amphora sola vnde in forma. Respōdet quod ista propositione non est identica, sed potius est formalis requirent diuersitatem extremitatum dictam secundum quam debet supponere ut vera sit quia secundum communem vīnum loquendi æquivalerit hūc vīnum est in amphora vbi patet diuersa esse extrema.

Nonum dub. erga tex. 14. quōmodo A. dicat quod forma continet materiam cū potius contra contingat, quia materia est receptaculum formarum sed receptaculum continet id quod in eo recipit nō contra ergo materia continet formā non contra. Respondet cūtelle. q. 1. quod non sunt idem recipere & continere. & ita quanvis materia recipiat formam non sequitur quod continet ratio est quia continere proprio loco est trahere cōtentum ad proprios terminos continentis sicut vasor continere aquam quia illum trahit ad suum proprium terminū ita quod si vas sit triangulare aqua sit triangularis si quadrangulare erit quadrangularis cum ergo forma trahat materiam ad suos terminos proprios dicitur illam cōtinere & determinare quod si forma sit aeris quia est sua natura rara materiam extendit & dilatat si est terrae aut lapidis quia est densa et contra materiam cobactat & ita dicitur materiam cōtinere quanvis in illa recipiatur quia non trahitur ad eius terminos sicut trahatur aqua contenita ad terminos vasorum immo potius suum receptaculum et est materia trahit ad suos terminos proprios.

Erga capitum m. 4 est decim dubium erga tex. 3. 4. quid Aristote. intelligat quan-

do sit quod superficies loci, & loca sunt in eodem quia si vellet dicere quod sunt in eodem subiecto vix verba sonant est falsum cum una sit in bassiue in locante, & alia in locato locans vero & locatum diuersa sunt subiecta si autem vellet dicere quod sit in eodem loco hoc est falsum quia iam locus esset in loco quod Arist. reprehendit disputando contra antiquos Respondeatur quod neutrum horum intelligit sed tantum quod istae superficies sint simul ita quod se immediate tangunt nulla inter eas realite medianitatem.

Erga caput quintum text. 43. dubi. 11. est quid intelligat Arist. per illud totum quod secundum se totum non est in loco sed secundum partes ad hoc respondet. Tho. quod intelligit ultimam sphragem coeli quae alio ylteriori corpori non continetur & ita secundum se totum non habet exterrnum ambiens, est tamen in loco secundum partes quia una continetur in alia tanquam in loco non aeternis sunt continua sed non potest quia si essent diuersa una esset actualiter in alia non ad eam in modum essendi in loco requiritur inter continens & contentum discontinguitas sicut diximus intextus explicatio ne. Graci aliter respondet quod per totum intelligit aggregatum ex orbibus coelestibus tanquam ex partibus & hoc non est in loco ratione dicta secundum se totum est tamen secundum partes in loco quia unus orbis actu continetur in alio cum tantum sint contingui sed melior est exposicio Alberti dicentis quod per totum intelligit uniuscum quod nam potest esse secundum se totum in loco cum extra se habeat nullum corpus in eum constans si quidem omne corpus intra se includit dicitur tamen esse in loco secundum partes secundum quasdam circulariter scilicet secundum orbess coelestes secundam vero alias sursum & deorsum ut secundum elementa quia haec omnia includunt in uniuerso haec est ratio ob quam ista exposicio magis consonat tex.

quam reliqua quia totum in prima & secunda expositione non potest habere partes quae mouentur sursum & deorsum quia solum dicit ut sic vel ultima in sphragem coeli id est primum mobile vel omnes spheras coelestes at vero totum in tertia acceptione cum omnia corpora comprehendat etiam grauia & levia sive istab et partes secundum quas dicatur moueri sursum & deorsum & secundum spheras coelestes circulariter his absolvit sicut grates questiones de loco perueniamus dividitur haec loci tractatio in tres partes in prima discutiemus an sit locus in secunda quid sit in tertia vero qualis sit, & ita in prima parte est prima quaestio vitrum sit locus, & haec de hoc capite

CAP. SEXTVM: De vacuo an sit.

P ostquam Ari. egit de loco intedit in hoc cap. agredi disputationem de vacuo & facit duo in 1. parte proponit ea quae de vacuo dicturus est in secunda parte ponit argumenta antiquorum qui vacuum esse intendeant ad primam partem denuentur ait duo de vacuo esse tractanda. 1. an sit. 2. quid sit & primo assimilat vacuum loco in hoc quod sicut locum esse ex rationibz virinque tales apparuit de facile ita & vacuum esse ex rationibus summi liter virinq; ractis aparet desicile & hoc est quod dicit habere fidem & incredulitatem & subdit ad phisicum pertinere agere de vacuo qd habet coniunctionem cum loco rā antiqui locū vacuum esse plenū putabant esse idem subiecto nō ratione quia id qd est receptum corporis vocabant locum quando actu illud habebat plenum & quando carebat vacuum tria vero dicit se de vacuo tractaturū. Iea quae dicunt affirmantes illud secundo ea quae dicunt negantes tertio ea que vacuo communiter insunt sed prius inveniunt contra illos qui ar-

qui arguebant contra vacui positio-
nem non sunt argumentati contra prin-
cipalem intentionem ponentium in vacuo
sed potius contra illud quod ex alio erro-
re dicebant pro quo est notandum quod
ponentes vacuum duo dicebant primo
quod illud esset quodam opacum distin-
ctum a corporibus sensibilibus ita quod
careret omni sensibili corpore dicebant
secundo nihil esse in rerum natura nisi
corpus sensibile unde cum aere non per-
cipierat sensu putabant illum nihil esse
& ita Anax & illi de quibus Arist. hic ait
quod non restat impugnabante vacuum de-
cinebant in prouando quod aer esset
corpus quanvis non sit sensibile cum ta-
mes deberent derineri in prouando quod
non esset tale spacium quale ab illis po-
nebatur ut esset in ea ratio vacui & quod
aer esset corpus probavit isti duplice ex-
perimento primo quis vetres pleni aere
quando os habent ligatum fortiter resi-
stant postrem & non sumpniantur at quan-
do habent os non ligatum partes com-
primuntur, & cedunt facile ponderi signum
est quod aer intus existens aliquid
erat, secundo quia clepsidra habens orifi-
cium superius clausum non valet aqua
recipere quousque aerem emitteret ergo
acer inclusus aliquid erat demum colli-
git Ari. quod ad impugnandam praedictam
sententiam debebat prouari nullum
spacium diversum esse a corporibus illa-
se in unctione & ponebat Democritus & leo-
cipus siue spacium si separabile a actu
non habeat corpus siue actu habeat imo-
ne nec extra celum posset dari continuum
spacium & ita inquit istos non occurre-
re directe huic questioni quod vocat non
occurgere problemati secundum partes
& sic ait quod qui vacuum ponunt magis
directe procedunt quia probant directe
quod intendunt.

In secunda parte ponit argumenta eo-
rum qui dicunt vacuum esse & primum
est ex motu ex locali si corpus & moue-
tur vel recipitur in vacuo si in primo er-
go habetur intentum si in secundo sequi-

rur quod corpus maximum recipitur ad
equate in minimo probatur sequelle
quia si primum corpus v.g. pedale recipi-
tur penetratue in alio pedali corpore
pleno adequato ergo pariter potest reci-
pi istud duplex pedale penetratum in alio
pedali pleno cum ex vi penetrationis
non occupet maiorem locum duplex pe-
dale penetratum quam unum sine pen-
etratione rursus illud duplex pedale pe-
ntratum poterit recipi invno pedali ple-
no & ita sequitur quod ex tripedale habes-
tres pedalites distinctas poterit cum
vno pedali penetrari quod est absurdum
quia licet unum corpus aequaliter posset
cum alio penetrari non tamen minus
cum minori quia aliis ei adaequaret.

Et confirmatur ex Meliso qui ita pone-
bat motum continuum cum vacuo quod
mundum ponebat immobilem quia ne-
bat vacuum esse in quo posset moneri ac
motus datur in rei veritate ut experien-
tia patet ergo & vacuum debet dari, se-
cundo probat haec experientia si dolium
plenum vino sit & tale vina mittatur in
vetres postea vero simul vnum cum vtri-
bus intra idem dolium possunt recipi sed
hoc non posset fieri nisi quia in partibus
vini datur vacuum quod postea in virtu-
bus comprimitur ut minorem occupet
locum ac antea & ita remaneat locus v-
tribus recipiendis ergo.

Tertio id probant ex augmentatione
quia quando animal augetur sumpto
cibo vel ille cibus recipitur in pleno,
& hoc non quia esset penetratio dimen-
sionum vel recipitur in vacuo & sic habe-
tur intentum.

Quarto id probant alia experientia,
quia si vas plenum cum aere impletatur
aqua tantum aquam capit simul cum ci-
nere ac si sine cinere esset, sed hoc non
potest intelligi nisi quia talia corpo-
ralia habent intra se vacua spacia, que
in coniunctione comprimitur ut mi-
norem ac antea occupent locum & probant
ex Pitagora, qui corpora, que
immediate se habebant ponebat dis-

discontinua esse medio tali vacuo, immo & numeros ipsos tali vacuo dicebant discontinuari, & per cælum ad nos peruenire tale vacuus, ex magno, illo vacuo quod supra cælum est, & ita esset quedam spatio illius, unde mundum eodem modo ac vacuum animal imaginabatur, quia sicut istud dilatatur cum spiritum vel ventum recipit, & cum illum evacuat constringitur, ita mundum dilatari ponebat magna receptione vacui, & cōstringi per compressionem illius, & hæc de hoc capi.

CAP. SEPTIMV M

Quid sit vacuum.

IN tentum Aristoteles in hoc capite est, agere de natura vacui, determinando an datur vacuus, & facit duo, Primo ponit quandam definitionem vacui, Secundo soluit rationes in oppositum, ad primam partem, deueniendo ponit definitionem nominis, vacui quaquebantur antiqui dicendo vacuum esse locum, ubi nihil est & primo reddit rationem huius ultime particulae quia antiqui ens, & corpus dicebant conuerti, & ita quod non erat corpus, dicebant nihil esse, & consequenter, quia in vacuo non est corpus, dicebant nihil esse.

Redit rationem secundæ particulae quia cum in puncto non sit corpus, nec graue nec leue nihil erit, esset ergo punctum vacuum nisi de ratione vacui esset locus qui non est de ratione pæcti, colligit ergo ex dictis quod vacuum non plenum corporis tangibilis, seu graue, & leuis, sed quia his nondum sufficienter declaratur definitio vacui ponit quandam dubitationem, ad hoc rogans, an si in vacuo non esset corpus tangibile, seu graue, & lebequod est idem, & esset color, sonus, obiectum alterius sensus, an esset vacuum, & Respondeat cum distinctione, quod si adhuc esset suscepitum corporis tangibilis esse vacuum, sint autem minimi quasi diceret in regra vacui, definitio, quod sit locus caret corpori tangibili aptus tam eni-

lo repleri sed aliam ponit ulliorem descriptionem vacui, secundum accidentis descriptionem vacuum esse in quo nulla est substantia sensibilis, sed repræhendit eos qui ex hoc inferebat materiam esse vacuum quia cum vacuum sit quidam locus, sicut iste est talis quod ab eoposse res integræ manens separari similiter vacuum debet esse tale quod ab eo posset res separari, sed a materia non potest res separari, ergo sicut hac ratione non est locus nequam debet esse, quid sit tamendicendum de vacui existentia secundum suam sententiam dicit debeat colligi ex definitione loci supra adducta nam cum vacuum sit quidam locus priuatus corpore, sicut dictum est locum esse ultimam superficiem ambientis non vero aliquod spatium ita vacuuus deberet esse nisi esset superficies ambientis, non aliquod spatium at omnes qui ponunt vacuum dicunt illum esse spaciū ergo sicut, non datur tale spatium ut constat ex dictis ut in eo constat ratio loci ita ut nec in eo constat ratio vacui, quodvero vacuum locus esse debeat ostendit, Primo quia nulla alia ratione, utilitas aut finis vacui potest excogitari, nisi ut locus sit Secundo quia eodem modo probatur locum esse & distinctum a loco ex successione diuersorum locorum in eodem numero loco erat vacuum probatur esse distinctum spatium ab spaciis corporum ex eadem successione quia si ut gratia motus ponitur locus, a quibusdam ita gratia motus ponitur ab alijs vacuum, unde secundum hos non est differentia loci & vacui si ergo loci ut supradidimus non potest esse tale spatium ergo nec vacuum erit, quod in tali spatiopre esse ponitur.

In secunda parte soluit rationes aduetas ad prouidum esse vacuum, & primo illâ quæ defumebat ex motu dicere vacuum ad minus non esse necessarium ad motum alterationis quia cuncte stat secundum qualitates optime portanter in pleo ex quo repræhendit Melissum, qui mundum ponebat omnino immobilem, quia vacuum negabat,

bat, pater enim illum decipi quia ad motum saltim alterationis est necessarium vacuu, sed quod ad motum etiam localem non sit necessarium, probat, quia corpus quod localiter mouetur, nec recipitur in pleno ita ut se cum illo penetrerit, utroque manente in illo loco nec recipitur in vacuo quia non datur, sed recipiatur in loco in quo licet ante a esset aliud corpus, sed ad ingressus aduenientis de novo antiquum recedit ab illo loco, & illi cedit ita quod tantum corpus cedat quantum ingreditur, sicut si pisces aquam ingrediatur tantum de aqua cedat, ac est pisces intrans, & ita nec pisces se penetrat cum tali aqua, nec in aliquo vacuo recipiatur.

Ad secundum argumentum de virtutibus respondetur, id posse si erit sine aliquo vacuo ex eo quod vinum habet quosdam poros subtile plenos aere per constrictiōnem in virtutibus expellit ille aer portis vini & ita visum compresum maiorem locum occupat ac antea, ita ut vice huius possint ponī vires in doleo simul eum vine & hoc plane appetet in spongea. quae si aqua sit plena in portis, & compressione illius aqua exprimatur minor rem occupat locum ac antea & idem dicendum est de aqua recepta in virtutibus ad quod nulla requiritur positione vacui.

Ad tertium argumentum respondet primo, illud reprehendendo ex eo quod tantum procedat de augmentatione falso per receptionem cibi cum possint res aliter fieri maiores quam per receptionē cibi ut per alterationem, & corruptionem contingit quando ex aqua fit aer, maior enim est quam aqua ex qua fuit factus, & tamen ibi nullā est alimenti receptione & statim hoc argumentum de augmentatione, & quartū de cinere retoquet Aristoteles in antiquos eos deducendo ad aliquod inconveniens ex quatuor, quae hic adducit, quorum primum est quod non quilibet pars viventis, quod augetur, augetur, quod est plane falsum, secundum quod alimentum non est corpus, tertiu

quod duo corpora se penetrarent, quartū quod totū corpus viventis esset vacuu & haec ratio in aliquid eorum adduci vel quando vivens augetur, quilibet ei pars augetur. Vel non, si non, ergo iam datur primum inconveniens, si sic, ergo ad talē augmentationem requiritur vacuu, vel non si non, habeo intentū, & manet argumentum solutum, si sic, ergo cum quilibet pars augetur, quilibet debet habere vacuu, & ita totū corpus viventis est vacuu, quod est quartum inconveniens.

Si vero dicas nec vacuum dari, & omnes partes augeri, necessario debes credere in secundum, vel tertium inconveniens, quod scilicet alimentum adueniens ad augmentationem, vel non est corpus, & ita non requirit vacuu in quo recipiat, vel si esset corpus, & non requiri ret vacuum quod penetrari ut se habet alimentum adueniens cum corpore alito & prorsus dicit de cinere idem, quia cum totus madefiat per aquam receptionē in vase, vel ad ingressū aquae in cinere requiritur aliquod vacuum in aqua & ita totus ciner erit vacuus quia cum totus madefiat totum illum aqua contingit, vel si vacuu non requiritur, sequitur, vel quod aqua adueniens penetretur cum cinere, vel quod aqua non sit corpus. Vnde inquit, quod per positionē vacui non possunt isti solvere communem difficultatem de modo quo augmentatione est possibilis, & haec de hoc capite.

CAP. OCTAVVM

Quod non detur vacum.

Intendit Aris. in hoc cap. probare quod non sit vacuu separatum à sensibilibus, & facit 2. in prima parte poni 5. argumenta ad id probandum: in secunda alia quinq. Primum argumentum si esset vacuu maxime, ut esset vacuu causa efficiēt motus, sed hanc ratione non, ergo, probat motus naturales sunt omnino determinati procedentes a causa omnino determinata vel a gravitate, vel a levitate, sed vacuum cum fini

F. P. de Oña, Cōment super vniuers. Physic. Arist

hil indiferens est, ad quodvis horū ergo nequit esse causa efficiens motus, & cōsc̄ querer non erit vacuum. Secundum at ḡumētū si esset vacuum, esse causa fina illis motus ipso posito grātia illius fieret motus sed potius contra cōsigit quod posito vacuo spacio celat motus, quiacum sit vniiforme non est maior ratio cur mobile potius ad vnam, quam ad alia partē mouetur, & ita manebit quiescens, modo adhuc hoc modo videtur, quod non possit manere, quia ratione eiusdem vniiformitatis nō est maior ratio quare potiusquā ibi quiescat, immo cū hīj qui vacuū ponunt dicant illam esse locum, ubi deberent illicē venire differētiae sursum, & deorsumque ratione vniiformitatis connenire non possunt. Tertium argumentum si esset vacuum iūm quod non esset efficiens aucti-
ni maxime, quia esset locus sed hac ratione nō ergo probatur, si esset locus maxime quia in illo reciparetur corpus, ut in toto permanenti, id est penetraretur cū ipso spacio quiescēt, sed hac ratione nō ergo probatur si esset locus maxime quia inde se queretur, quod pars existens int̄to habet locum actu, & per se sicut, & ipsum totum, quia eodē modo penetrat tale spaciū vacuum mecum parte corporis recepti in illo, ac totum corpus receptū, sed consequens est fallsum, quia totum & pars illi inexistens non habente undem modum essendi in loco. Quarto sic arguit, si esset vacuum res vudiq; illo vallata quiesceret quia ex communī parte & qualiter se haberet ad illū, sicut illi philo sphiponū terram immobilem, quia equilater, & vniiformiter, se haberet ad omnēs circū inferētias celi cum in illiuscētrum, sed consequens est fallsum quia motus re vera est ergo accedit his auferit, oppositum illius quod intendunt, quia ipsi ut sit motus ponantur vacuum cum tamen expōsitū ne vacui potius motus cesse wear gamētam faciat supponit omnes motum aut esse naturale id est in internā inclinacionē, sed sicut est motus sursum respectu levium, grauium aut violētū, i cōtra internam, sicut est n. or⁹ sursum respectu

te grauium & deorsum respectu levium. Secundo supponit motū naturale prō rē esse violētū ut hac ratione ablatō motū naturali auferit motus violētū, & cōsc̄ querer omnis motus, quia iste cātū est duplex naturalis, scilicet & violētus ex hinc modo colligit argumētū in forma possitō vacuo auferit omnis motus, ergo falsa estralis possitio, probatur antecedens ablatō motū naturali auferit omnis motus ut patet expositione secūda sed possitō vacuo auferit motus naturalis, ergo auferit omnis motus, probat minor motus naturales solū differtur per sursum, & deorsum, sed possitō vacuo auferit nūc differtia sursum & deorsum quia ista sunt possitū vacuum vero est nihil & priuatiū ergo possitō vacuo auferit motus naturalis sicut illius dūx auferuntur,

In secūda parte ponit alia argumenta ad primum ergo in ordine proponendū prius quodā dub p̄mittit & soluit dub. est cū lapis sursum proiectū & aproiectū ēste diffat aquo ferit & subtinet ne statim cadat in terrā, immo velocissimā ascendit sursum licet cōtra naturā ascendat quod postea descendat, scilicet sūn naturā descendat eius antiqui duas causas redebāt, Prima erat q̄ quādo lapis ita sursum proiectū ad replendū cuīab ipso relictū tāto impetu mouent partes aeris vicinæ & percussa in proiectione lapidis simul cū illo ascendit diuidendo & separando alias partes ne lapidi oblitār, & ita facit, ne cādat immo ut vltierius progrediat & vehementius naturā impetus illi parti impressi aptojectū ēste sed quis horū sit quod latius. 8. li. declarabit certū est aliquod corpus in spacio requiri ad motū proiectorum. Ex hijs formatur sexū argumētū revera proiecta mouētur & ad horū motū requiritur aliquod corpus in spacio ut vidimus, sed in vacuo nullū corp⁹ dat ergo vacuū dari nō possit. Septimū argumētū est, si darest vacuū auferēt motus naturales & similiter quies, ergo nō daētale vacuū probat cū vacuū nullā habeat & differētia, sed si de se vniiforme nulla erit maior ratio qđ quā mobile motū in ipso in vna

vna parte quā in alia sīstāt, ergo mouēt in infinitū sed hoc est cōtra rationē mot⁹ na-
turalis, ergo auferit mot⁹ naturalis, & cū
ob eandē vnsimilitatē nula sit maior ra-
tio quare in vna, quam in alia parte qui-
escat, nūquā in vacuo quiescet nisi ra-
tionē aliqui corporis impedientis, nec
tendat vltierius mot⁹, sed quies ex tali im-
pedimentō prouenient non est naturalis,
sed violenta, ergo posito vacuo tollere
motus, & quies naturalis, q̄ est absurdū.

Ostatū argumentū, si vacuum esset ne-
cessariū maxime ut cederet corpori mo-
to, sed harratione non, ergo. Probatur,
quia cū vacuū ex omni parte cedat, sequi-
tur, quod tale corpus ex omni parte mo-
uetur, quod est impossibile si nō diuidā-
tur in om̄ē sui partē q̄ similiter est im-
possibile aut nullo modo mouetur cum
nulla sit maior ratio ob quam moueatū
versus ynam partem, quā versus aliam.

Nonū argumētū, si motus localis esset
in vacuo, c̄let in insūti, sed consequeſt
falsum, cum localis motus sit successib⁹,
ergo nō potest dari vacuum, sequella p̄-
batur, si aliquod mobile moueatū in a-
liquo spatio pleno in aliquo tempore, &
postea idē mobile moueatū in alio spa-
cio pleno quanto minus resistit hoc secū-
dū spatiū, quā p̄imum, tanto est min⁹
tempus, quo mouēt in secundo, quā in
primo, vt si in aqua mouēt per horā &
aer est duplo minus resistens, quā aqua
quia est duplo subtilius idē spatiū aeris
pertransib⁹ idē mobile in diuidia hora,
& si minus adhuc resisteret, adhuc in mi-
norī, sed vacuū nullo modo resistit, ergo
in nullo tempore per illud mouebitur, pa-
tet concensequentia, quia sic nullā est
proprioſ non resistēt ad resistētia, ita nūlla est
proprioſ, non temporis ad te-
pus. Declarat vero Aris. quā spatiā dicantur
magis resistere, & ait, quod si vtrūq;
est eiusdem rationis, v.g. vel vtrūq; aqua,
vel vtrūq; aer illud dicitor magis re-
sistere, quod mouēt contra mobile, q̄
debet illud sequi vltē vltē mouēat si ut qua-
donātis mouēt cōtra vltē ad se motū
illud vero minus, quod quicq; sit, quādove

ro sunt diuersæ rationes & virtūtē, quie-
cēs illud dicitur minus resistere quod est
subtilius, c̄t est acr respectu aquæ. For-
mat autē Aris. arg. in literis, sed nos clari-
tatis gratia in significatiuis terminis
posuimus, & quod nulla sit proprieſ vā
cui ad plenū probat Aris. sc̄, quia ad pro-
portionē inter duo requiritur quod vñū
includatur in altero, & rursus, quod il-
lud aliud aliquid supra ipsum adā, vltē
proprieſ vñū ad quatuor, quia in illis
includitur, & addit supra illud alia tria,
similiter est aliqua proprieſ duorum ad
quatuor eadem ratione ad vacuum cum
sit nihil nō potest includi in pleno, quēd
est aliquid, ergo vacuum ad plenum nu-
lla erit proprieſ.

Argumētū. 10. est, simobile mouere ut
pe vacuum sequeretur, q̄ æque velociter
moueretur per plenum ac per vacuū sed
cōsequēs, vt p̄ateſt et falsū, quia int̄p̄a-
rabilitē minus resistit vacuū, quā plenū
led postiam inori resistētia in lpatio ref-
pectu eiusdem virtutis motiua mobilis re-
pugnat q̄ sit vtrobiq; æqualis velocitas
ergo, sequella p̄batur, si mobile p̄ ei va-
cuū mouēt in tempore, ergo in aliquo de-
terminato tempore, sit v.g. 4. pars horæ & si
in pleno etiā mouēt in tempore ergo in ali-
quo determinato tempore, sit v.g. vna ho-
ra, pars, n̄ refert in hac vel in alia ap-
portione sic excessus, vel cōparatio, tū sic mo-
ueat vtrūq; mobile alterū pervacuū per
plenū alterū, istud, v.g. in aliquo parte ho-
rae s.i. in 4. per plenū pertransit, & similiter
q̄ mouēt in vacuo in 4. parte illius horæ
mouēt ergo in eadē parte hora aliq; plenum, & vacuum possit pertransire Di-
ces nullam esse inconueniens, quia in illa
4. parte horæ multo maius vacuū pertra-
hit quā plenū quia minus resistit vacuū
& ita non sequitur q̄ vtrūq; motus sit æ-
que velox, sed potius erit velocior & resistit
in vacuo, quia velox etas ex duplicitate
potest attendit, vel quia æquale spatiū
pertransit in minori tempore ab uno
mobile, quam ab alio, vt hic contin-
git, & ita non sequitur illud inconuen-
iens adductum, quod motum per
vacuum

F P de Cñā com. super vniuersam Phisi. Aris.

vacuum sit & que velox sed contrahoc est scilicet facilis replica demus duo spacia & qualis longitudinis alterum vacuum & alterum plenum & sic casus datus, quod motus per vacuū quia est velocior sit in quarta parte horæ & per plenum in una hora, tunc sumamus aliquod spatum duplo subtilius primo spacio pleno tunc in duplo minori tempore scilicet in dimidio hora per transibit tale spaciū & rursus fiat spaciū in quadroplo subtilius primo pleno tunc in quadruplo minori spe scilicet in quarta parte illius horas pertransiat tale spaciū at possit fuitur at equale spaciū vacuum in quarta parte horæ & per transibit amabilis eiusdem virtutis & ponderis ergo sequitur quod erit uterque motus & que velox cum equale spaciū in tempore & quale ab utroque mobili pertransferatur quod autem hoc sit impossibile patet quia talis proportio est inter velocitates motū, & rationi tempora ac inter resistentias spaciōrum sed vacuū & plenum nullam habeat proportionem in resistentia ergo nec possunt in velocitate at si sunt & quales motus certum est habere aliquā proportionem ergo ultimare ex dictis colligitur quod motus non potest fieri in vacuo.

cons. est falsum quia cum motus sit infinitus, tempus etiam erit infinitum ad diuum. Respondebat quod si idem aliquando esset quod tempore accipitur bene sequeretur inconveniens adducendum, sed quia est semper non alius, atque alius ideo manebit tempus infinitum & quod semper sumatur nouum aliquando probat ex morte: quia semper alius atque alius sumitur quasi diceret licet quodvis aliquando sit seorsum finitum, sed quia incessanter adduntur noua, & noua aliquando ideo tempus infinitum erit probat autem eius infinitatem ex ipso nunc quod est principium & finis non respectu ejusdem alias opposita eidem in essent secundum idem sed respectu diuersorum præteriti quidam finis, & futuri principium ex quo sit quod tempus semper est in fine & in principio unde si semper est in principio, nunquam definit sicut si semper est in fine nunquam incipit & ita ex vita que patet erit tempus infinitum hoc autem solum est verum in sententia Arist. qui putat mundum non incepisse nec præteritum esse & ita omne nunc est continuatum præteriti cum futuro ut finis illius & principium huius at secundum fidem aliquod fuit nunc initiatum temporis ante quod nullum præteritum praesens ut illud posset continuare cum futuro & ita est pura infinitum sicut est illud puctum a quo incipit linea recta at Ari. ponit esse nunc sicut puctum linea circularis quod semper est continuatum partis prioris cum posteriori, quia in tali linea non est dabile puctum illud primo initians taliter quod ante illud non sit linea ob quod talis linea solet esse infinita explicat tertiam diam que est iam, quia est tempus proximum nunc presenti ut iam veni iam legam. i. parum est quodveni parum restat ut legam & distinguitur istud iam a nunc in secunda significacione quia istud dicitur tempus proximum huic non cōgnoscendo illud per modum præsentis atque ipsum iam dicit idem tempus proximum confignoscendo illud per modum

præteriti, aut per modum futuri alias tres diuis explicat scilicet super quondam, seu olim & repente quia nuper dicit præteritum ut propinquum huius nunc at vero quondam, vel olim dicunt præteritum sed distans & remotum ab hoc nunc repente vero quod cum aliqua mutatione subita fit. In secunda part. cap. postquam explicauit differentias eorum qui existunt in tempore etiam quando in se non sunt modo regreditur ad declarandum quomodo tempus sit causa corruptionis cuius gratia aducit duo dicta antiquorum de tempore quidam enim vacabant tempus sapientissimum quasi in tempore coparentur sciæ at Pythagoras vocabat tēpus in doctissimum quasi scientiæ cum tempore pereant & laudat magis hoc dictum, quam primum quia tēpus magis est causa corruptionis quam generatiois ratio est quia tempus dicit mutationem mutationis autem magis est remota ab actu naturali & ita minus generativa quam corruptiva & signo probatur quia videm non fieri quidquam nisi id sit aliqua causa, sicut in generatione aparet, at videm corrupti nulla causa aparent, & hanc corruptionem tribuimus tempori non quod tempus sit causa illius, sed quia in tempore sit & nulla illius apparet causa, sicut in generatione aparet epilegat dicens ex his pater quod sit tempus, & quid sit & quæ sunt diuis temporis, & quod modis dicatur Nunc.

C A P V T X I I I.

*in quo explicatur tres
questiones.*

I Ntentum Ari. in hoc capite est quidam soluere dubitationes de tempore ut hac ratione doctri na de illo magis elucescat facit primo probat motum esse in tempore, secundo suam intentionem exequitur proponendo & soluendo dictas dubitationes. Ad primam partem ac

EP de Oña com. super Universam Phisi. Aris.

cedido hinc propositionem consili uit
omnis motus omnisque mutatio in tem
pore est & illo mensuratur, & similiter
omne quod mouetur & mutatur & pro
bat prius tardius & velocius sunt in tem
pore sed unus motus est alio velocior quia
cicis unus peruenit ad eundem terminum
quam aliis supposita velocitate spa
cij & regularitate motus de quibus lat
tius agetur. 7. phys. ergo motus est in
tempore secundo probat prius & poste
rius sunt in tempore quia sunt distinctae
ab ipso nunc quod est in tempore distin
tia autem & terminus ad idem pertinet
sed prius & posterius sunt in motu ergo
motus est in tempore sed non in diversi
modo reperiri prius & posterius in pra
terito, quam in futuro quia in praeterito
illud est prius quod in nunc praesenti, est
remotius illud vero posterius quod anunc
praesenti minus distat econtra vero in fu
turo id est prius quod nunc praesenti est
proximus id vero posterius quod anunc
praesenti est remotius.

In secunda vero parte proponit quasdam
dubitaciones quarum prima est cur tem
pus dicatur esse ubique scilicet in terra
mari, & omni loco, & responder quia
motus aliquis reperitur in quoconque
loco & tempus est passio motus & ita de
bet esse ubi est motus, secunda est virum
tempus sit extra animam, ita quod non
dependeat ab intellectu & non respon
det directe, sed facit hanc rationem, si
non esset possibile quod numeraretur, vel
numerans non esset possibilis,
quod numeratur seu numerus numera
tus ut tempus est numerus numeratus &
intellectus, vel anima numerus numer
ans ergo si non esset possibilis intellectus
non esset possibile tempus, quod est
dicere numerum pendere ab intellectu
quantum ad numerabilitatem nam
quantum ad materiale scilicet duratio
nem & motum poterit sine anima ma
nere nisi motus ab anima sit quod dicit
propter Platensem, qui dicebat cœlum a

propria sua anima moueri, unde ablata
anima auctoritate motus cœli & hoc abla
to auferatur omnes motus ergo adhuc
non maneret motus ablata anima.

Tertia dubitatio cum tempus sit nu
merus motus & iste sit multiplex alte
rationis augmentationis generationis,
& latonis cuius dubet dici numerus,
responserit quod, ni seclusus horum
communi sumatur & vt motus est & ne
aliquis putaret tempus esse numerum
duorum motuum simul id prohibet dicens
quod solum sit numerus eius motus
continui.

Quarta dubitatio est tempus, est nu
merus motus sed possunt dari simul plu
res motus aequales quo cum unus sit ex
tra alium ergo poterint dari simul plu
ra tempora aequalia quorum unum sit ex
tra aliud quod supra impugnauimus Res
pondet Aristoteles per interrogacionem
& exemplum, & solutio stat in hoc
quod sunt, plura tempora materialiter
pro diversitate, motuum est tamen tem
pus ex se & formaliter unum, & idem si
icut si sint, simul plures septenarij lapi
dem & hominum v.g. numerus septimi
formaliter & ex se est unus id sed mate
rialiter sunt plures vnde Aristoteles vult
probare quod tempus sit ahorum men
sura ad quod supponit primo essentiam
vel motum locali huius questionis v
nam speciem esse motum circularem se
cundo quod unumquodque aliquo suige
nationis mensuratur, vt decem lapi
des uno aliquo lapide decem homines,
uno aliquo homine.

Tertio supponit, quod motum men
surat tempus sed non quilibet motus,
sed qui tam tempore determinatus est
sicut pars pani mensurat ultra reliquum
pannum mensurat, & rursus quod que
dam certa pars temporis mensurat tem
pus reliquum, ex his tamen concludit
circulationem primi mobilis quam vo
cat diurnam esse mensuram mensuram
propter suam primitatem & regu
laritatem.

liritatem , & quia eius tempus rotissimum est celi quo vero motus & tempore rerum non esse primo mensuras propriam suam irregularitatem & deformitatem.

Modo excusat antiquos circa natum temporis dicens illos , decipi putando motum celi esse tempus quia videt in illo mensurari alios motus , & tempus , sed re vera talis motus non est tempus sed potius eius numerus declarat etiam quare vulgariter dicatur res humanas etiam naturales esse in circulo , & rota . & dicit illud bene quodammodo dici , quia omnia ista mensurantur circulatione primi mobilis in qua tempus notissime residet , & ob hoc istae res videntur simul habere principium , & finem , quod est proprium circulationis imo inquit , quod sicut multæ vlnæ simul sumptæ sunt totus pannus ita multæ circulationes sunt totum tempus iterum docet plures septenarios esse eundem numerum formaliter ad quod ponit hoc documentum quatuorcunque plura , ita conueniunt in uno , & per illius differencias differunt non sunt idem in illo sicut homo , & equus non dicuntur idem animal , quia differunt per diuersas proprias animalis , ut sunt rationale & irrationale , at quando ita conueniunt in aliquo quod non differunt proprijs differētis illius imo potius sub una illius dria clauduntur , ut homo , & equus sub corpore quia non differunt per animatum , & in animatum , sed potius sub animato ponuntur tunc dicuntur esse idem in illo sic ergo septenarius hominem & leonem , quia ita conueniunt in numero , quod non differunt differētis proprijs numeri , hinc est quod sunt idem numerus , atque ita conueniunt in septenario , quod illius differunt ijs dritum , ideo non sunt idem septenarius ex qua doctrina sit simpli , quod intendit docere diversa priora , & posteriora motus dici , idem tempus

specie nam sunt idem numerus , & tempus est numerus motus sunt tamen diversa materialiter sicut plures vinarij , & hæc de litera huius capituli .

ANNOTATIONES circa literam.

A Ntraquam ad principes questiones deveniamus breviter declarabimus aliqua dubia textuum . Primum est erga caput decimum textus . 94. & 95. qualis commitatur defectus in illo syllogismo antiquorum quo probabant tempus esse sphæram cœlestem , quia omnia sunt in tempore & similiter omnia sunt in sphæra cœlesti ergo . Respondent phylosophi , & Averro . quod in secunda figura procedit ex duabus affirmatiuis , quia differunt sic esse formandum in sphæra sunt omnia in tempore , ergo sphæra est tempus hoc est pannus vitium , quod manet medium in virtute que indestributum , sed dices iste syllogismus potius est in tertia figura scilicet in Darapti dicendo , omnia sunt in sphæra cœlesti & omnia sunt in tempore ergo tempus est sphæra cœlestis , sed responderetur primo quod non debet in septima figura formari , quia conclude re videtur ullus de omni tempore in tertia figura tantum particulariter , sed admissio , quod in tertia figura fiat . Respondeatur quod non debet illo modo conclusio colligi , quia non attingitur totale extremitum sicut est existens in tempore & existens in sphæra cœlesti : unde sic debebat concludere omnia existunt in sphæra , & omnia existunt in tempore ergo aliquod existens in sphæra est existens in tempore hoc autem est verum , sed non infert identitatem temporis cum sphæra sed potius existētis in tempore & in sphæra ad calcem huiuscapitis nota , quod per tempus quantum

intelli-

Annotationes

intelligit hanc durationem in communione, per tempus vero quale intelligit hac durationem, vel illam, ut estibalem, vel hyemalem, nocturnam, veldiurnam.

Secundum dub. erga caput. 11. in tex. 99. de quo motu Aris. loquatur, quando aut tempus esse passionem motus. Respondeatur cum Tolero quod de morte primi mobilis, ac præterea dicit, quod quatus fuerit iste motus, tantum erit & tempus ubi est aduersus tedium quod quando Aris. hic dicit motus continuatatem sumi ex continuitate spatii non intelligit hæc solam sufficere, quia vt. s. phisic. dicitur ex aliis pluribus pendat motus continuatitas, sed intelligit esse unum ex requisitis.

Tertiū dub. est erga caput 12. in tex. 117. quid intelligat Aris. per illa tria tabescere, senescere, & obliuisci. Respondeatur quod intelligit omnia generacorruptionem, quæ conuenient omnibus generibus rerum, quæ sunt in tempore: primo intelligit per, tabescere, illam quæ media tabescit quæ communis est animatis, & in animatis: secundo intelligit per, senescere, illam quæ solis viuentibus concuerit, quibus solis senectus concuerit: tertio intelligit per, obliuisci, illam quæ so lis hominibus conuenit.

Quartum dubium est erga eundem tex. quare Aris. dicat quod tempus est causa corruptionis, senectutis, & obliuisionis, & non habitum oppositorum, scilicet generationis, iuuentutis, & recordationis. Si dicas rationem esse quia tempus dicit motum sicut iste est recedere à dispositione naturali ut hic Aristot. Respondeat, contra etiam motus est aliquando accusatus ad dispositionem naturalem, ergo deber similiter ponicausa generationis, iuuentutis, & recordationis, præcipue quia sicut res in tempore corruptuntur senescunt, & temporis processu obliuiscuntur ita in tempore generantur, & flore iuuentutis polent, sicut cum sapientia & prudentia aduenit recordatio, ergo æqualiter se habet tempus ad causandum

Circuliteram.

hæc omnia. Respondeatur, quod in rigore loquendo nulli effectus horum est tempus causa, sed a suis proueniunt causis particularibus, ita quod tempus solum sit mensura in qua sunt, nihilominusamen quia generationes sepe habent causas determinatas & non apparentes ideo his, & non tempori attribuitur generatione, at corruptiones econtra sepe habent causas indeterminatas & non apparentes ut patet in ruinis & corruptionibus quæ paulatim sunt, & ideo harum defectus tribuitur temporis. Et præterea quia tempus sua continuatate potius corruptionis, quam generationis est causa quia illa impedit rei perfectionem, & illius vigorem paulatim remittit cumque usque res mensurabilis corruptibilis sit, quæ ex hoc ipso habet paulatim decrescere & in via corruptiouis ponit.

Quintum dubium est erga caput 13. in tex. 116 quia videtur confundere duas differentias temporis ut iam, & nunc, in secunda significatione, cùde utraque dicat, & significet tempus proximum huic instanti praesenti. Respondeat, quod non confundit quia nunc dicit illud tempus per modum praesentis ita solemus Hispane dicere, a gora vine, agora vendra, quando in tempore proximo huic instanti per modum praesentis significato fuit, aut venturus est aduentus: iam vero Hispane sonat, præteritum, comoia vino, aut futurum comoia vendra.

Sextum dub. est erga caput 14. in tex. 129. ubi at illum motum esse velociorem quo citius peruenimus ad eundem terminum ab eodem termino. Contra fieri potest, quod ab eodem punto arcus ad idem punctum duplex mobile moueatur simul unum per aereum, & aliud per cordam, & quod hoc citius perueniat ad idem punctum, quam id quod per arcum mouetur & nihilominus quod maior velociate moueatur & maiori imponit. Respondeat, id verum esse & ratio est quia ibi non est idem spatium inter duo illa puncta quādū per arcum aut cordam sit transitus, sed major est

ior est distantia transeundo per arcum, quam per cordam quia corda est linea recta, & ita est successiva at arcus est linea circularis & ita est longior, at quando Arist. dicit motum illum esse alio velociem, qui citius peruenit ad eundem terminum debet intelligi supposita ad celeritate spatiij que hic deficit ut vidimus sed latius examinare in quo consistat, & a quo sumatur velocitas motus ad. 7. phi-

sorum expectat, in hoc tractatu determinare quatuor sunt investiganda, primo utrum sit ens reale, vel rationis, secundo, quid & quomodo sit & in quo eius essentia sit sita, tertio quoniamplex sit quod ad eius qualitatem pertinet an sit multiplex vel unum & qua ratione specifica angelica, quartio qua & quomodo dicatus esse in tempore, & hoc de hoc libro.

SUPER QVINTVM LIBRUM Arist. Physicæ auscultationis

Cōmentaria vna cum quēstionibus.

AUTHORE P.F. PETRO DE OÑA
Sacræ Theologiæ Prēsentato.

SUMMA TEXTVS
CAPVT PRIMVM:
Quo pacto aliquid moueat
ur & motum diuersum esse
a mutatione.

NTENTVM Ar. in hoc libro est species motus declarare illius unitatem, & contrarietatem, sed species literis in hoc capite intendit declarare quid sit motus proprius & strictus & facit duo in prima parte proponit tria Theorematia in secunda numerum mutationum ut ex illis possit colligere quid sit motus proprius dictus, ad primam partem accedendo ponit primū

theorema que mouentur sunt in triplici tria quedam mouentur per accidentem scilicet accidentia que in herent rei ut album currat quedam per partem ut oculus natura quedam secundum se ut ignis sursum ista vero que secundum se mouentur distinguuntur secundum diversitatem motus quedam enim mouentur ratione secundum ubi quedam a mutatione secundum quantitatem quedam alteracione secundum qualitatem & rursus in quo quis genere horum motus secundum varias species est secundum theorema in quo eandem repetit distinctionem ex parte mouentium quedam enim mouentur per accidens ut album edificat quedam per partem ut homo percutit, quia manus percudit quedam per se primo ut ignis calcit medicus sanat, ut tertium theorema ponat supponitque esse in quocumque motu, quod moueriageos quod mouetur pri-

tur primo passum terminos a quo, & ad quem ut calidum, & frigidum in calefactione, & in quo sit motus scilicet terminus modo constituit theorem ex his omnibus motus tantum est in eo quod mouetur, vel in passo non autem in termino ad quem, quem vocat formam (test) peccu generationis & alterationis tantum respectu augmentationis & locum respectu lationis ex hoc colligit aliud est quod mouet, & mouetur a termino motu eius dicit se tradidisse definitio genit illaq, non ita esse terminis quod accidentia sunt ut albedo & scientia h[oc]c ut si sunt immobilia formas autem immobiles esse prouare est metaphysic, & n[on] supponit hic & non probat, sed obiect sic Ari, qualitates que sunt termini motus, ut albedo &c, sunt passiones, sed iste sunt motus ergo iam terminus motus quod postea impugnatur. Respondeatur quod iste qualitates non dicuntur passiones, quia in se sunt motus, sed quia sunt termini motus ut calor non est motus, sed ad illum terminata calefactio rursus eadem diuisione tri membra ponit ex parte termini ad quem similiter potest posse ex parte terminia quoque quia quidam est terminus per accidentem ut intellectus respectu de alerationis, quia per accidentem invenitur cum termino per se, ut est albedo quidam est secundum partem ut Europa respectu tendentis atenias, que sunt partes Europae, & secundum se ut color albus respectu albefactio quis explogat dicta coll gens quia mouet, & mouetur tripliciter dici & similiter termini non ad quom in quo motus non existit, sed prius immobili.

In secunda parte dimissa mutatione per accidentem, quia est in omnibus omnium & semper. i. nec subiectum, nec terminum, nec tempus determinatum habet (& ideo ab arte rejicitur) ad mutationem per se convertitur, quae est inter determinatos terminos scilicet contrarios ut album nigrum &c. & quia aliquis est obiectus obiectus ad medium colorem

scilicet fuscum posse motum terminari & ab illo incipere ut termino a quo. Res pondetur quod medium pro ut relatum a vno extremo habet rationem al terius sicut fuscum comparatum ad album habet rationem nigri quodammodo & contra non tamen perfecte statim ait quod eum mutatio sit transitus ab uno extremo ad aliud ut ipsum nomine sopat in illa debent dari duo extrema ex quo prouenit quod quadrupliciter possit variari transitus vel a subiecto in subiectum scilicet a termino positivo impossibile, ut a calido infrigidum, vel ex non subiectum in non subiectum, a negativo in negativum, vel a subiecto in non subiectum. i. apositivo in negativum, ut est corruptio, vel contra a negativo, vel non subiecto impossibile, vel subiectum ut est generatio ex quadruplici vero conuinatione secunda est in utris quia duo negantur in illo genere oppositionis odponuntur, nec contrarie, vel latentes, quia hoc per se duo ex materia possunt, nec contradictione aut priuatiue, quia hoc saltem requirit vnum extremum possitum reliquæ vero tres conuinationes sunt utiles, ita quod tertia sit corruptio generatio, sive simpliciter id est a substantiam, sive secundum quidam ad accidentem sed neutrum horum debet esse motum & de generatione il probat sic quod non est non mouetur ergo, quod generatur non est ergo quod non generatur non mouetur & consequenter generatio non erit motus a summa vero ut certum quod non est, non posse moueri, sed de non ente distinguit dicens esse triplex aliud omnino non ens ut sciencia & falsa, que sunt incompitione & divisione intellectus, & de hoc certum est quod non potest moueri aliud est non ens simpliciter, vel non substantia non levius sed potentia nec hoc inquit potest moueri non habent esse aliud esse non ens secundum quid ut non album & hoc moueri potest quia est simuliciter ens Sed quia posset aliquis dicere quod materia

teria prima est ens & generatur, & ita quod generatio potest esse motus hoc remouet dicendo, quod secundum id, quod generatur per accidentem, ut est materia, ut sed id quod generatur per se, ut est compositum non est & ita respectu illius non erit generatio motus & subdit, quia nec quies alias quod non est quieter quod habet eadem inconveniens ac dicere quod non est mouetur, quod probat esse impossibile alia ratione quae est quod mouetur debet esse in aliquo esse in aliquo determinato loco, sed quod non est, non est in loco, nec in aliquo determinato loco, ergo quod non est moueri non potest, & probat statim quod corruptio non sit motus, quia ad hoc erat necessarium quod generatio illius opposita esset motus, vel quies ac neutrum est ut vidimus patet major, quia oppositum unius motus tantum potest esse aut aliis motus, aut quies concludit caput dicens ex triplici coniunctio-
ne vniuersali solum primam, quae est a subiecto in subiectum, i.e. apositivo in possum, esse motus, quia est inter contraria aut media, aut inter privativa a simili significata ut nudum & tenebrosum quae pro contrariis sumuntur reliqua vero sunt mutationes, quia inter contradicitoria, vel priuatione opposita motum autem dividit in tres species augmentationem lectionem, & alterationem secundum quod ad tertiam praedicationem terminantur, quantitatem qualitatem & ratione excludendo reliquaque camenta, quia ad illa non est per se motus & haec de hoc capite.

CAP. SECUNDUM. huius libri.

De generibus motuum.

INTERIUS AT. in hoc capite est probata quod motus non sit motus nec mutationis mutatio & facit duo primo probat ad substantiam & relationem non es-

se per se motum & duplarem sensum de clarat illius propositionis motus est n. otus, vel mutationis est mutatio secundo probat suum ingenium multiplici ratione ad primam vero partem deueniendo ait Ari, ad substantiam, non esse per se mecum & probat motus est inter contraria sed substantiae nihil est contrarium ergo ad illam non est per se motus nec etiam ad relationem & probant sine aliqua sui mutatione per solam mutationem in alterius extremi potest aliquid de novo recipere relationem ergo ad hanc non est per se motus antecedens prout ut quia sialiquid sit album & ipso emutato aliud incipiat albescere resultat in illo priore relatio similitudinis ergo potest relatio acquiriri sine mutatione subiecti in quo acquiritur rursus ait ad actionem & passione non esse per se motum cum iste sint in crux sequeretur quod motus & mutationis mutatio quod esse imparsibile ut probet distinguere duplarem sensum dictae propositionis alter est quod n. otus fit motus, vel mutationis mutatio tanquam subiecti, i.e. quod motus sit quod mouetur & mutatio quod mutatur sicut dicitur homo moueri & alterari & hoc ut aperte falsum unica tamen ratione reuicit quia motus est in alio, ut in subiecto ergo ne quiret esse motus subiectum, quasi dicat motus est accidentis inherens ac subiectum debet esse per se existens ergo motus non potest esse subiectum alterius motus nec mutationis mutatio alter tenet est quod motus sit motus tanquam termini, ita quod sicut motus ab una forma in aliam procedit ut a claritate in agritudinem ut a termino in terminum sit motus ab uno motu in alio procedatur ab uno termino in alium, quod nisi per accidentem probat esse impossibile manifestacionibus.

In secunda parte incipit probata quod motus non potest esse per se alterius motus ut termini & supponit inter motus & mutationem quod motus est inter duos terminos contrarios & mutatione inter duos contrarios ut gelatio & corruptio & sic confit-

F. P. de Oña, Cōment super vniuers. Physic. Arist

mat primam rationem omnis mutationis ex suis terminis per se procedit quibus possitis nō est opus alia mutatione alios terminos habente nisi per accidentem, sed si mutationis esset mutatio sequeretur, q̄ posset ab una mutatione esse necessarium aliam ponit. est falso ergo probatur sequella, quia si ab una mutatione ali quid mutatur in aliam, ergo exterminis unius mutabitur ad terminos alterius, vt si a sanatione mutatur in aliam mutationem seq̄itur quod postquam semel fuit mutatum ab ægritudine ad sanitatem debet noscere necessario ponit alia mutatione in qua prior terminetur, q̄ vero sit cōsequens falso probatur minor primo ipsa posita una mutatione potest quiescere, ergo necesse est aliam ponit mutationem secundum quia si hoc esset verū maxime in mutationibus contrarijs, quia motus est inter contraria, sed ibi non ergo probatur minor quia inde sequeretur quod simul aliquid moueretur motibus contrarijs probatur quia quod mouetur simul est subtermino a quo, & ad quem si ergo una mutationis contraria est ergo terminus alterius ut ergo ratio sanationis ergo simul ægrotatur in termino ad quem. i. transit a sano in ægrum & sanatur in termino a quo. i. transit ab ægro in sanum subdit tandem per accidentem posse mutari ab una mutatione in aliam, vt a sanatione in deambulationem, quia accidit quod sanatur deambulando, secunda ratio si motus esset motus, vel mutationis mutationis, mutationis esse processus in infinitum consequens est falso ergo prouas sequella, quia si unus motus fit per alium ut eius terminus cur non sit maior ratio de illo, quam de alio rursus ille fieri per alium motum & ille per alii & ita proceditur in infinitum quod si dicas in aliquo esse si est adum quod nō producitur per alium motum idem erat dicendum de primo & in illo sistendum cuī omnes sint eiusdem rationis probò consequens esse falso, quia inde sequeretur nullum esse motum & probat supponendo quod id

quod sit dum sit nondum tunc sic si iste motus sit nondum est, sed per alium est comparat & cum iste similiter sit nondum est ergo debet dari alius per quem comparari esse & sic deinceps sed in infinito non est dare aliquod primum in quo si stamus ergo nullus motus poterit esse

Tertia ratio si mōvus sit per motum per te, ergo similiter quietus & corruptus per corruptionem per se quia cum ista sint opposita cuius est habere unum est etiam habere aliud, sed impossibile est motum corrupti per se ergo probatur minor, quia vel corruptus ante quod sit & hoc non quia respectu eiusdem res impossibile est quod sit prius corruptio quam generatio sed hæc ad illam supponitur, vel postquam fuit & iam non est & nec hoc quia quod corruptus debet esse cum sit corruptio transitus ab esse ad non esse, vel quando est, & nec hoc quia motus ab esse est illum fieri & generari cum in hoc eius esse consistat, ergo si tunc corruptus sequitur quod simul generatur & corruptus quod est impossibile non est ergo motus, motus ut termini.

Quarta ratio id quod sit haberet materiam et in divisione patet in eo quod agitur & alteratur, ergo si motus sit alio motu debet habere materiam, & r. r. s. ille alia, at tales materias non sunt, ergo non sit motus unus per alium, ut eius res minimus, sed potius motus est id quo alia sunt, in suorum probatur, quia tantum est unum sibi et unum terminus qui sit.

Quinta ratio, terminus motus debet esse aliquid ultimum non ordinatum ad aliud ut in eo motus cesset, & quiescat sed motus non est aliquid ultimum ut in eo possit alius cessare, sed potius quilibet motus est quedam via ordinata ad aliud ergo unus motus non potest esse alterius terminus.

Sexta ratio si motus unius esset alius maxime unius in specie ivt generationis genera ratio, sed hoc non est disciplinationis alia disciplinatio, ergo unus motus nō potest

est esse terminus alterius, nisi sit et motus forsitan alterius rationis praeter alijs natos, qui non estabilis ultimo id probat quia si versus motus esset alterius motus, vel tanquam termini, vel tanquam subiecti unus prædicaretur de alio cons. est falsum, quia falsū est loci mutationē alterare. 1. consequentia alterationem loco moueri per se loquendo, quia per accidens ratione subiecti in quo concurrunt diversi motus potest dicitur, quod currens frigescit, sed quae per accidens sunc reieci debent ex dictis inferit, quod cum motus per se non terminetur ad substantiam relationem actionem & passionem quia his omnibus deficit contrarium tam erit triplex motus ad quantitatem qualitatem, & ubi quibus imponit nomina dicendo motus ad qualitatem dici alterationem sed dicitur nō de qualitate substantiali ut est differentia, sed accidens talis loqui motum ad quantitatem dicitur nō posse nomine vocari & ita duplenter cum nominat si fuerit ad perfectam quantitatem augmentatio si ad imperfectam diminutio motus ad ubi inquit, nec in communī, nec in particulari habere proprium nomen unde huius defectu dicatur latiō quanvis hoc tandem sit proprium eorum quae naturaliter mouentur, ita quod in sua non sit postestate motum incipere aut sistere.

Modo ostendit illam mutationem quae sit secundaria magis & minus eiusdem formae etiam esse alterationem & fieri & contrario secundum quid ut terminus albo magis album, quia quando absolute sit album ex nigro sit, ex contrario simpliciter ostendit etiam quod quando ex magis, vel minus procedit mutatio etiam sit a contrario, quivbi est minus ibi est permixtio cum alio contrario ut minus album aliquid nigri participat. & ita sebdicit, quod in remilione tendit forma a se ipsa in suum contrarium in intentione contra tendit forma a suo contrario in seipsum semper tamen alteratio, sed postquam de motu, & eo quod

mouetur dixerat incipit ere de suo opusculo immobili quo i dicit esse simplex primum quod non est capax motuum ut Deus & intelligentia, secundum quod ex parte mouetur sicut laxum difficile mouile solet dici immobile etiam quod non mouetur, quando est aptum moueri & nullum est impedimentum, & hoc proprio dicitur quiescens, quies vero est priuatio motus priuatio est carentia in subiecto apto nato, & haec de hoc capite.

CAP. TERTIVM. Ponuntur quadam affectiones eorum, quae sunt in motu.

I NVENTUM Aristotel. in hoc capite est quadam vocabula ad motum pertinentia declarare & præstat duo in prima parte declarat quadam illorum in secunda vero parte declarat alia. Ad primam partem deueniendo vocabula sunt haec septimum simul, separatum, tangere inter, continuū, contiguū, hec enim motibus & mobilibus insunt & ideo antequam illos declarerimus unitatem oportet illa declarare incipit a prima differentia dicendo ea dici simul secundum locum, quae sunt in eodem primo loco proprio, quia ex eo, quod sit in loco communī non dicuntur esse simul, ea autem dicuntur esse separata, quae diversum habent locum primum & proprium ut duo corpora dicuntur esse separata corpus vero & eius acciūentia & a materia dicuntur esse simul.

Tertiam differentiam declarat dicendo illa dicuntur se tangere quorum ultima sunt simul sine aliquo intermedio si cut duocorpora dicuntur se tangere quam illorum superficies sunt simul sine aliquo medio.

Quartam differentiam declarat, quae H dicitur,

F.P. de Oña com supervniuersam Phys Aris.

Dicitur inter in qua exdicanda multus est Aris, & inquit esse id, in quod prius peruenit mobile quod ab uno contrario mouetur in aliud continue, & ita concludit quod inter sit quoddam veluti medium inter duo extrema contraria, & id quod interea dicitur esse, sed quia fecit mentionem continuitatis in motu, ideo declarat quid sit moueri continue, & quid sit contrarium habere in loco, dicit id moueri continue quod mouetur sine villa temporis interruptione, quanvis parum interrupatur de spacio, sicut si quis pulset primam cordam, & sine villa temporis interruptione pulset ultimam media relata, dicitur moueri continue deinde explicat quomodo sint sumenda loca contraria, ut inueniatur quid inter sit dicunt autem esse sumenda ex linea recta, ut mensura vltur, quia est breuissima omnium quia ab uno puncto in aliud dici possunt, mensura aut est finita, & breuis diuersa, ergo loca sunt sumenda; secundum diuersas lineas rectas, & id proprie dicitur, inter quod medium est inter duo loca, per lineam rectam distantia.

In secunda vero parte reliquias explicat differentias quintam declarat, quae dicuntur consequenter dicens quod ut unum sit consequenter ad aliud, multa sunt necessaria. Primum est, quod sit unum principium ad quod aliud consequenter dicatur, non quod est principium non dicitur consequenter sed potius quod post illud positur, ut secundus tres consequentes se habet ad primum, & ternarius ad binarium, non e contra requiritur, etiam quod nihil eiusdem generationis mediet in id, quod consequentur se habet, & id quod consequenter se habet sicut quando unus miles est alteri proximus dicitur, se habere consequenter ad illum, dicitur eiusdem generationis quia licet mediet aliud alterius generationis non tollit quo minus unum consequenter se habeat ad aliud, sicut quauis inter duos milites me-

dier lapis dicatur unus consequenter se habere ad aliud quia nullus aliis mediatis miles præterea id quod consequenter se habet ad aliud multiplex est quod dam positione quando id quod consequenter se habet continuum quid est, ut dominus ad domum linea ad lineam aliud natura, sicut unus numerus ad alium aliud perfectione ut Elephantus est conquis ad hominem in perfectione aliud tempore alijsque præterea modis explicat quid dicatur contiguum, & inquit esse illud quod consequenter se habet, & tangit, sicut duo corpora immediata se tangentia dicuntur contigua, inter quæ non est aliud cuius occasione iterum regreditur ad declarandum ipsum inter, & medium dicens quod in motu est inter non vero in generatione, & corruptione, eiusque ratio est, quia motus sit inter contraria inter quæ est medium at generatio sit inter contradictoria inter quæ non est medium. Deinde quid sit continuum ostendit dicens esse illud, quod ita aliud tangit quod vtriusque terminus unus, & idem sit ut media linea, alteri mediæ dicitur esse continua vnde differt a conguo in hoc quod in continuo est unus terminus, utriusque parti communis ut unum punctum duas partes linæ continuat, & ita dicitur continuum, id est uno tantum termino continens, at in contiguo est duplex terminus immediatus, ostendit vero illa esse apta fieri unum totum secundum contractum, quæ vero unum totum non sunt fieri apta ut lapis, & aqua non erunt unum continuum sicut autem unum continuum, quando unum terminum communem habent, & hoc inquit multipliciter, quedam enim c' auro, quedam glutine, quedam insitione, & tamen unum continuum faciunt, & unum totum quanvis non sunt hæc proprie continua, ut priora. Comparat autem consequenter esse ad tangere, dicens primum esse superiorius ad secundum, quia non omne, quod conse-

que

quenter se habet tangit bene, tamen contra omne quod tangit, consequenter se habet. Vnde in numeris est consequenter se habere, non tamen tangere comparat etiam continuum ad actum dicens, quod omne continuum tangit, non tamen omne quod tangit est continuum unde in situ, & copulario (quaeruntur quidam modi continuaturis) posteriores sunt generatione, id est particulariores ipso tactu, cum quae consta sunt se tangant, non e contra,

Ex his concludit quod quatuor essent separata realiter unitas, & punctum ut aliqui voluerunt, adhuc non essent idem, & ponit interea duplex discrimen primum quod puncto inest, tactus, unitati vero consequenter se habere, alterum est quod inter puncta debet aliquid mediare puta linea, quia duo puncta non possunt esse immediata in continuo, at inter unitates non est opus quod aliquid mediet, quia in numero bene possunt esse unitates immediate, & haec de hoc capite.

CAP.QVARTVM.

De unitate motus.

IN TENTIVM Aristoteles, in hoc capite est agere de unitate motus postquam iam legit de suis speciebus, & facit duo. Primo adducit quoddam modos unitatis. In secunda parte explicat, quomodo sit unitas accipienda in motu. Ad primam partem dicuendo ait quod cum unum dicatur multipliciter, unus motus potest dici multipliciter. Primo quidem unus genere, qui est ad rem unitius praedicamenti, sicut omnes accelerationes ad qualitatem terminatae sunt unius motus genere & similiter omnes motus augmentationis ad maiorem quantitatem terminatae & omnes motus latioris ad ubi sicut tria ita praedicamenta in ter se genere differunt, & illi motus in serie. Secundo dicit unus motus in specie

specialissima qui ad terminum taliter non terminatur ut dealbatio ad albedinemque cum sub aliquo genere sit non est amplius diuissibilis in alias species.

Tertio dicitur unus motus in specie secundum quid eius terminus genus, quod sub alterum quod partim est genus, & partim species ut disciplinatio terminata ad scię quae est genus scientia species vero habitus denique ex unitate terminis quae inquit debere colligi unitatem motus.

Contra hoc tamē proponit dubium, dicēs si ab eodem punto duo moveantur, mobilia alterū motu recto & alterū circulari habent eundem terminum ad quē ergo si ab hoc debet sumivitas specifica motus sequitur quod motus rectus & circularis non differant specie. Resp. negando cōsequentiā quia in motu locali hoc est peculiare quod prater terminū est pensandum spaciū taliter quod si hoc fuerit multiplex in specie, & est spaciū rectum, & circulare motus erit in specie diversus quāvis sit terminus unus, quia huius unitas non prodest nisi quando est supposita unitas spatii. Quarto dicitur unus motus numero tanquam quoddam singularē, & individualē motus quod unum maxime unum vocat sicut in substantia motus, & ad hanc declarandam dicit tria reperiri, in motu quod vel subiectum quando, vel tempus in quo vel terminus ad quem in secunda parte allerit, quod ad unitatem specificam & genericam sufficit, unitas termini, & non requiritur unitas temporis quae ad contiguitatem sufficit, quanvis motus terminantur, ad varias formas eiusdem mobilis verum tamen ad numericā unitatem: haec tria requiruntur unitas mobilis temporis, & termini ita quod sit unus numero terminus & unum tempus non interrumpens: ita quod nullo modo, esset motus in illo, alias omnino disoluens, calis unitas & viuum numero mobile, & per se.

Sed ad temporis unitatem regreditur etiam dubium vitrum si Socrates

post primam sanationem in aliud incidit morbum, & postea ab illo sanetur sic eadem numero, secunda sanatio cum prima: & Responder sub conditione quod si iam corruptum per naturam non redit idem numero, sed specie erit una sanatio in specie, si vero potest idem numero redire, eadem numero erit, sed ut Plato vollebat, non potest idem numero reparari per naturam postquam semel fuit corruptum, sed id quod motus sanations dubitauerat de eius termino scilicet sanitate acquisita dubitat utrum sit eadem numero quæ secunda se paratur cum illa quæ sunt primo acquisita & ex una parte videtur quod sit eadem numero forma, quia si unitas duraret per tres dies continuos in eodem subiecto eadem esset ergo quanvis fuerit secunda die destructa si postea reparatur. Tertia eadem erit numero sanitas sed ex alia parte, ut quod non sit eadem quia corpora subiecta qualitatibus secundum tempus variantur ad hoc, secundum dubium non Responder directe sed inquit non esse præsentis negotij illud examinare sed quantum ad propositum satis est scire quod quanvis esset eadem numero sanitas, in duplice casu disto motus insanationis, sine dubio est multiplex quia unitas termini non sufficit ad unitatem motus, nam sicut se habent actus, & habitus ita motus, & terminus, quia motus est quidam actus, & terminus est quidam habitus sed multiplicatio actus non multiplicat habitum quia potest unum numero habere plures actus habere ergo similiter potest unus numero, terminus partiales habere terminos ad se terminatos in diversis temporibus sed sicut etiam multiplicatio habitus multiplicantur actus quia plures habitus necessario plures actus debent habere, ita multiplicatio termini pluralitatem motuum inferat statim docet quod unum numero & continuum sunt idem, & ita inquit motum simpliciter unum esse continuum & contra simpliciter unum esse continuum, & quod motus sit continuum ob certi-

bit quia est diuisibilis in partes quæ continent ante unum. Declarat deinde qui motus posunt continuari dicendo quod quemadmodum reliquæ res cum sint diversæ rationes non possunt continuari, vel quia altera non habet terminum, & res incorporeæ quæ cum non sint quantitate terminum non habet qui possit illam continuare vel cum alia corporeæ vel cum incorporeæ quia licet utraque habeat terminum, sed ineptum ad continuationem ut linea & deambulatio quia sunt diversæ rationes, quando vero sunt eiusdem rationis possunt continuari videlicet aquæ si ergo illi motus qui sunt diversæ rationes quia ad diversos terminos terminantur non possunt continuari illi vero qui sunt eiusdem rationis, quia habent eundem terminum possunt continuari, quia continuari, est uno communis termino continuari, vel copulari ad continuatatem vero sufficit unitas temporis, quanvis non adhuc unitas termini quemadmodum, si postquam aliquis cucurrit immediate sanetur tales motus sunt eorum qui continui vero fecus quia deficiunt unitas termini. Concludit ergo ad continuatatem tria requiri terminum mobilis & temporis unitatem, ita quod tempus non interrupatur, quia quando in medio motus, mobile vel minimum quiescat, impossibile est quod duo illi motus continentur, & similiter haec tria requiri ad unitatem numericam motus, & per consequens illam esse omnium maximam.

P Baxter dictos modos unitatis alios constituit dicens, illum motum dici unum qui perfectius est, sive unum genere specie vel non sit perfectum enim idem est, quod totum ac unum sicut in alijs etiam rebus, id quod est perfectum est: unum est autem motus perfectus, ille qui ad suum terminum peruenit ad quem ordinabatur, sed ne aliquis, inde colligeret imperfectum motum, qui ad suum terminum non peruenit non esse viro modo unum.

Est autem motus perfectus, inquit illū esse vnum, sed munus vnum diciture enim vnuſ præcise quia cūtinuus est alio etiam modo dī vnuſ motus quando regularis est & vniſormis: vnde irregularis aliqua parte est vñ aliqua parte nō quia diſert regularis cūdū magis & min⁹, quia regularis est magis vñ irregularis vero min⁹ in quouis aut genere motus reperit regularitas & irregularitas in augmentatione alteratione & latione duas autem radices irregularitatis constituit altera est ſpacium in motu locali quando est diſorme ſicut per giroſinam & tortuosam linēam mouetur talis motus est irregularis, quia partes non ſunt eiusdē rationis, altera est quando ſtante eodem tempore termino & ſpacio eſt diuersa velocitas eo quod mobile velotius mouetur per vnam, quam per aliam partem ſpacij, ut cum lapis mouetur velotius mouetur in fine, quam in principio & ob hoc iſte motus eſt irregularis ex quibus infert, quod velocitas & tarditas regularitas, & irregularitas ſunt non ſpecificæ ſed accidētales differentia motus cum eisdem motui ſecundum ſpeciem poſſint conuenire ex quibus etiam infert quod maior, vel minor grauitas, vel leuitas in eadem non facient motuſ diſferre in ſpecie quod non diſert motus plumbi deorsum a motu eiusdem quanuis vnuſ ſiat per aquam & alter per aerem & conſequenter primus uero locior ſecundo deum concludit irregularem motum vnuſ dici, cum continuus ſit minus tamen vnuſ quam regulariter ut pater de illo qui ſit per ſpacium oliquū quia cū ſit minus vnuſ habebit magis de pluralitate, quia quod eſt minus de uno oppoſito debet eſſe magis de alio ſicut, q̄ eſt minus album habet magis de nigro & cludit caput dicens quod motus ſpecie diuersi non poſſunt continuari, quia omnis motus continuus aliquando poſt eſſe regularis & aliquando irregularis ut motus compositus ex dupli ci ſpecie diuersa ut ex lectione non poſt eſſe regularis, quia non habet partes vniſormes ergo nec po

Cap.V. 59
terit eſſe continuus, & hęc de hoc capite.

CAP. QVINTVM. De motuum contrarietate.

Intenſum Ari. in hęc cap. eſt agere de contrarietate motus & mutationis caput eſt ita breue quod non indiget partiōne incipit aurem a contrarietate motus quodam diuīſius argumento ſic. Motus ſi poſſit et contrariari, vel hoc eſt quia terminus a quo vnius eſt terminus ad quem alterius ut motus a ſanitate & motus ad ſanitatem aut ſecundo quia termini a quibus ſunt contrarij, ut motus a ſanitate & motus ab agritudine aut tertio quia termini ad quos ſunt contrarij ſicut motus in ſanitatem & motus in agritudinem & motus ab agritudine in ſanitatem & quia alio modo termini non poſſunt diſponi hinc eſt quod nee alio modo poſſint variati contrarietates motuum & incipit excludere aliquos modos horum qui non ſuſciptū ad contrarietatem motus, & incipit a quarto dicens illum ſufficere quod ſcilicet terminus a quorū motus contrarietur termino ad quem alterius cum eodem numero motu hac reperiatur contrarietas certum autem eſt, quod vnuſ & idem motus ſibi ipſi non contrariatus ſicut motus ab albo in nigrum ſubdit iamē quod licet ſit vnuſ motus re eſt multiplex ratione propter eſt acquisicio termini ad quē & deperditio termini a quo & accessus ad vnuſ, & recessus ab alio.

Secundum modum excludit quondam termini a quibus ſunt contrarij dicens illum non ſufcere primo quia poſſunt eſſe termini a quibus contrarij & iamē termini ad quem vnuſ & tamen ille motus cū ſit eiusdem ſpei propter vnitatem termini non poſſunt eſſe contrarij et motus ab albo in fulcum & a nigro in ſuſcum, ſed quia hoc argumentum non habet vim, quia poſtea dicturus eſt hos terminos eſſe contrarios ideo ſe remittit ad dicenda po

Annotationes

Hec ideo probat, secundo quod contrarietas potius a terminis ad quos quam a terminis a quibus debet sumi haec ratione in illis magis vigeat contrarieatas que magis videntur dum motus sunt, & sunt, sed termini ad quos sunt huiusmodi, ergo probatur minor, quia dum motus sunt major sit accessus ad terminos, ad quos, & major recessus a terminis a quibus ergo magis videntur termini ad quos quam a quibus cum motus sunt, & sunt alias se querent, quod si minus videntur dum motus magis tendentes essent minus contrarij, tertio probat quia ea a quo sumuntur nomina, & definitio debet sumi contrarietas, & species sed hoc eis terminus ad quem ergo inde colligitur tantum modos ex dictis valere ad contrarietatem, vel quando termini ad quos sunt contrarij, vel quando simili termini aquibus, & ad quos sunt contrarij, tertium scilicet & quintum immo ad unum modum inquit reducitur omnis contrarietas quia tertius modus ad quintum reducitur, & ita quod illi motus dicantur contrarij qui sunt a terminis contrarijs, ad terminos contrarios ad quod repetit differentiam, mutationis a motu, quod motus procedit a contrario in contrarium id est appositiu in possitibum, secus vero mutationem, ex quo format argumentum omnis motus procedit ex contrario in contrarium ergo nec motus contrarij debent procedere a terminis contrarijs ad contrarios in hoc ergo quinto modo constitut contrarietas motus ut patet in motu a latitate in egreditudinem & contra ab aggressione in latitudinem longaque inductione ponit exemplatio motutam alterationis quam locali quia in augmentatione est de se notum.

Ostendit modo qua ratione contrarieatas debeat sumi in mutatione dicens debere sumi quia vel procedit a non contrario, vel non subiecto in contrarium, vel subiectum ut a non albo ad album, vel a contra, ut patet in his quae ca-

Circaliteram.

Respondeatur quod quemadmodum in
communi per mutatum esse non intelli-
git ipsum motum aut aliquam partem
illius quia ista sunt diuisibilia & ita ne-
cessario debent in tempore non vero in
instanti, sicut est ipsum mutatum esse in
fine motus sed intelligit quodam indiu-
sibile ipsum motum terminans, vel con-
tinuans & ita adēquate in instanti exis-
tens ita per primum mutatum esse quod
negat in principio motus intelligit quo-
dam indiuisibile motum initium diuer-
sum a parte motus & pater ex ipso con-
tex. quia probat non dari primum muta-
tum esse quia hoc supponit motum, &
non datur prima pars motus ergo ali-
quid diuersum intelligit non esse primi
mutati esse & primæ partes motuscum
vnum prober per aliud alias in ipsa pro-
batione commiteretur petitionem princi-

Circa literam

pli probando idem per idem.

Tertium dub. quomodo Ari. cap. 6. tex.
58. appeller generationem & alteratio-
nem respōdetur cum Tolle. ibidem hāc
esse differentiam inter motum localē
ex vna parte & reliquos ex alia quod in
reliquis cum termini sint omniō contrarij & specie differentes nullo modo
sunt continuū adhuc in eo a quo sumun-
tur at in motu locali cum termini de-
sumantur ex ordine ad spaciū, &
hoc sit cōtinuum aliquo modo inest ma-
ior continuitas motui locali quam reli-
quis & ideo in comparatione huius di-
xit illos non esse continuos, vel secundo
possimus dicere quod sicut supra dixit
terminum alterationis esse per accidē-
diuisiūlē non quia omni cœat diui-
sibilitate per se sed quia aliquam habet
per accidens communicatam a quanti-
tate in qua est ita dieuntur isti motus nō
continui non quia nullam habeant con-
tinuitatem in se, sed quia non habent tā-
tam ac motus localis cui maxime con-
uenit continuitas. scilicet 4. modo ut. 8.
physic. dicitur,

Quartum dubium est erga caput sepi-
sum in tex. 63. quid intelligat Ari. per
magnitudinem finitam quando inquit
hanc non posse pertransire spatium in
infinitum tempore finito, quia magnitu-
do & spatium pro eodem solent ab ipso
vsurpari ergo videtur esse implicatio in
adiecto quod sit magnitudo finita & sa-
cium infinitum responderetur hic cum To-
leto quod nomine magnitudinis finitæ
intelligit mobile finitum mobile vero
diversum est ab spatio & ita quanuispa-
tium sit infinitum potest intelligi quod
mobile sit finitum & quod hoc modo in-
telligat probat Tole. ex ipso contextu,
quia Ari. semper post vnum theorema
de vnare ponit aliud ei cōtrapositum nā
postquam in primo fuit loquitus de spa-
cio finito dicendo illud sine repetitione
non posse tempore infinito transiti in se-
cundo de eodem spacio, sed infinito po-
nit contrarium spatium scilicet infinitū
finito

finito tempore non posse perransfiri sed in quarto theoregmate sequenti ait, q̄ mobile infinitum non transit magnitudinem finitam tempore finito, ergo quādo in tertio dixit magnitudinem finitā non posse spatium infinitū finito tempore perransfrire nomine magnitudinis non intelligit idem mobile, sed compositum infinitum. & hęc de hoc cadit.

C A P . O C T A V V M

D: quiete, & quietatione.

INtēnum Aristotelis in hoc cap. est agere de quiete & quietatione, idest de motu quo quies acquirit & facit duo primo probat non dari prima in quiete & quietatione, vel actione sicut non datur in motu. In secunda quoddam notabile permittit ut sequenti capite soluat argumentum Zenonis ad primam partē deueniendo primo probat quod quietatio vel statio sit in tēpore quia talis quietatio est motus ad optimam quietem sed omnis motus est in tempore ergo an recedens probat, omne quod est apud mons in tempore modo, & loco, quibus est aptum moueri vel reuera mouetur, vel quiescit, sed quod stat vel quietatur non dum quiescit cum sic in via ad obtinendam quietem, ergo debet moueri & consequenter in tempore est quietatio, vel statio, secundo probat tardius, & velociter sunt in tempore sed quod stat aliquando tardius, aliquando velocius stat, idest ad statum & quietem mouetur, ergo statio vel quietatio est in tempore, secundo supponit aliud principium quod etiā in motu supposuit quod in aliquo tempore primo stat in qualibet parte illius debet stare & probat quia cum illud tempus indiuisibile esse non possit alias in eo non posset esse motus diuisidatur in duas medietates tunc sic vel in neutra est atvel in una tantum, vel in variisque, non primum quia si in neutra stat in coniuncto e viribus que quomodo poterit stare. Non secundū

quia si in altera tantum ergo in toto illo coniuncto non erat, r̄ m. & per se sed ratione partium dicendum ergo est tertium scilicet id quod constat in aliquo tēpore primo in qualibet illius parte debet constare. Modo ergo formatratione ad probandum quod non detur prima pars in quietatione, quia si daretur, vel hoc esse tempore indiuisibili, & hoc noualias quietatio non esset motus cum iste exigit diuisibile tempus vel in tempore diuisibili & nec hoc quia diuidatur istud tēpus in quo ponitur prima pars quietatio vel stationis in qualibet medietate illius temporis debet esse statio vel quietatio, ut in primo principio diximus, fuit ergo statio prius in illa medietate tēporis quam in toto illo tempore primo rursus illa medietas iterum diuidatur, & iterum prius erit in quauis medietate quam in totote tempore & cum diuisio temporis per medietates tendat in infinitum ita q̄ non sīdabilis alia qua prima medietas non poterit dari aliqua prima pars stationis, vel quietationis, idem dicit esse de ipsamet quiete dicendum, quia quies est in tempore & huius non datur prima pars, ergo nec quietatio dabitur, sicut etiā non datur quietationis ad eam terminata probat quod quies sit in tēpore dupliciter: primo quia id quiescit quod est moueri aptum, & tamen non mouetur sed in instanti nihil est aptum moueri, ergo nec in illo est quies.

Secundo probat ex definitione quietis, quia id quiescit, quod te habet eodem modo ac arcta, sed in instanti non est isti diuersitas nunc, & antea, sed tantum in tempore, ergo in tempore dicitur esse quietes.

IN S E C U N D A parte ut solbat argumentum Zenonis præmitit hoc notabile, quando aliquid mouetur in aliquo tempore, primo non potest esse in uno loco equali, aut in uno gradu formæ, sed semper mutat, & mutatio cu[m] æqualem, & est sub alio gradu formæ & probat quias in aliquo loco æqua-

Si per aliquod tempus maneret, ergo ibi quiesceret, patet quia quiescere est eodem modo se habere nunc quam prius, ergo in toto illo tempore primo non mouebat cum ponat in aliquo quiescere infert; ergo quod cum non sit illa pars temporis in uno & eodem loco aequaliter in instanti in talis loco sibi aequaliter in alio instanti in alio loco aequaliter (at in tempore semper mutat aequalia loca) nec ex hoc sequitur quod in instanti quiescat cum in illo non possit moueri, & ita concludit, quod in aliquo toto tempore mouetur in qualibet parte illius mutare loca aequaliter semper nec quiescere licet in uno instanti sit in uno & eodem loco aequaliter in instanti non est tempus, & haec de hoc capite.

CAPVT. NO NV M Solutio argumentorum Zen.

Inter quendam argumentum Zenonis, & factum duo, in prima parte soluit tria argumenta, in secunda vero soluit reliqua. Ad primam partem deueniendo soluit quendam argumentum quod erat hoc, quod in singulis nunc quiescit non potest moueri illo tempore in quo sunt talia nunc, sed id quod dicitur moueri. V.g. sagita in qualibet nunc quiescit, ergo non mouetur probatur minor quia in qualibet nunc est in loco sibi aequaliter, ergo in illo mouet, sed qd non mouetur quiescit ergo in singulis quiescit, soluit Ari, hoc argumentum dicendo nullam habere vim ex eo quod tempus non componitur ex instantibus, unde non sequitur in quo libet nunc quiescit quod in toto tempore non mouetur, quia in partibus illius temporis que tempus etiam sunt, mouetur tale mobile quia in nulla earum permanet mobile in loco sibi aequaliter, ut dixerat praecedenti texu, sed semper aliud & aliud mutat aequaliter locum, immo-

ndo nunc moueri in nunc est propriequies cere, cuius occasione omnes rationes Zenonis adducit quibus probabit motum esse impossibilem, quarum prima supponit motum debere esse a termino in terminum alicuius spatij & tale spatiū esse diuisibile in infinitum tunc sic mobile non potest peruenire ad finem spatij nisi prius transcedat dimidium illius sed hoc spatium est diuisibile in infinitum secundum medietates dictas, ergo cum infinitum finem non habeat non poterunt iste medietates pertransiri sed hanc rationem dicit se iam soluisse, quia se remittit ad textū 19. quo dixerat has partes spatij esse actu finitas & infinitas in potentia & ita per partes motus pariter finitas & infinitas posse transiri.

Secundam rationem Zenonis proponebit quam vocat achilam non quia esset validissima ut erat Achilles ut aliqui male interpretantur sed quia in ea vtebantur exemplo Achilles & ratio est ducens ad in conueniens scilicet quod celestium mobile erat Achilles, tardissimum ut est testudo non attingeret & format sic argumentum demus spatium inquit motus miliare esse. 8. constans stadiis & Achilles mouetur a principio primi stadij & testudo a medio illius, & sit causus quod Achilles sit in dupla proportione velocior tunc sic dum Achilles petrat illud dimidium stadij testudo transiuit decimam partem illius stadij, & sic illam tunc non apprehendit, tunc sic quando Achilles transeat illam decimam testudo pertransiuit saltum, alii decimam tales decimā, & cum in infinitum possint tendere iste divisiones, & proportiones decimarum sequitur, quod nunquam Achilles testudinem apprehendet. Hanc rationem ut soluat dicit esse quodammodo eandem cum prima in quantum utraque posuit infinitum spatium, ut sic non possit peruenire ad finem, sed similiiter non est eadem quia facit primam diuisiōnem secundū medietatē scilicet quæ sunt partes

proper

proportionales absoluta fine ordine ad velocitatem at vero secundo modo diu sponem facit secundum proportionem tardioris, & velocioris unde ad idem tendunt duæ rationes & debent solui eodem modo solutio ergo est quod licet velox non apprehendat tardum dum nullum non attingit, sed tamen apprehendat quod aliquando attinget quia spatium est actu finitum & in eodem tempore maius spaciū transit velox, quam tardum at argumentū supponit habere spatium infinitas partes ac tu & ita ruit sed clari ergo in forma respondetur quod in secundo motu apprehendet Achilles testudinem, vel ad sumum in tertio quia, vel eo tempore quo Achilles per secundum motum pertransit illam totam decimam, testudo tamen transit decimam illius decimam & ita in fine motus illam attingit, vel si tunc testudo transeat primo alterius ratione quando per tertium motum revertatur supra illam Achilles transibit totam illam, & aliud spatium nouum quod tuuc transit testudo imo & multo maius & sic ipsum attinget imo & transibit.

Tertia ratio Zenonis erat quā in principio capituli posuimus de quiete in singulis instantibus & ideo non est necesse illam aut eius solutionem reperire.

In secunda parte cap. ponit quartam rationem Zenonis quae ad hanc impossibile ducebatur duplum tempus esse æquale suo dimidio ut hora dimidix ad quod supponit quod quando mobilia æqualia in velocitate supra æqualia spacio mouentur tempora utriusque motus sunt æqualia, secundo supponebat dari tres magnitudines æquales inter se alteram immobiliem, scilicet inter medianam & alias mobiliem, scilicet extremas quarum primam con mota. statet quadruplici. B. vt quadruplici par BBBB. te secunda quadruplici A. & tertia quadruplici C. vt hęc figura demonstrat, ita scens. quod primum B. primæ magnitudinis sit cum secundo A. secundæ magnitudinis, tertia & cum postremo A. eiusdem magnitudini sit primum. C. tertia magnitudinis &

tunc est argumentū tertia magnitudo quę est C. mouetur per totam magnitudinem quatuor A. perhoram itaque quando perueniat ad secundum A. prima magnitudo quatuor, B. mouetur versus illū primū. B. a quo incipit magnitudo tertia tunc illādi midia hora residua quā magnitudo. C. erat alia duo A. residua trahibit prima magnitudo B. alia duo A. similiter residua & ita in fine horæ ultima horæ omnium erit simul primū. B. cū ultimo A. & C. & cōtra primū C cū ultimo B. & A. ita eaſi certi est quod tēpus tertiaz magnitudinis C. est duplo motusquam tempus primæ quia tertia magnitudo pertransibit duplo maius spaciū scilicet quatuor A. & prima magnitudo tñ diei, sed ista tēpora sunt æqualia ergo iā sequitur in cōuenienti intenti probatur quia magnitudo B. in fine huius horæ pertransit quatuor C. tertiaz magnitudinis si quidem in principio motus erat primū. C. cū ultimo B. & in fine motus illius dimidiz horæ sunt simul ultimū B. & ultimum C. sed illud quadruplex C. est æquale quadruplici A. q̄ in tota hora trahibit magnitudo i. ergo cū spacia sint æqualia & mobilia æque velocia ut diximus tempora erant æqualia & nihilominus aliud fuerat motus per integrum horā aliud vero per dimidiā solutione vero argumenti stat in hoc quod ibi nō sunt æquales magnitudines spaciij per transitū, quia altera est omnino quiescens unde egit mobile tota illa hora ut totam illam transeat altera est mota contra illum mobile unde non indiget mobile tota hora, ut illam pertranseat, sed tantum dimidia, quia cum ambae mouentur simul una sub alia tantum unius supponitur alteri in illa media hora quantum econtra alterius supra illam ponitur & ita ambae simul contra se mota faciunt in dimidia hora quod fieret in una si una quiescens altera tantum moueret unde quādoper transit unum B unum A quiescens duplex scilicet motu transit alterum, quod transit alterum, quod transit et si esset C. quiescens & alteram

I. mag
nitudo
mota.
BBBB.
2. que
druplici C. vt hęc figura demonstrat, ita
scens.
2222.
tertia
mota.
cccc.

F.P. de Oñacōm supervniuersam Phys. Aris.

quod motum se supponit ipsi magnitudi
nib; media illa magnitudine fixa, vnde
solatio causaliter stat in hoc, quod ut sit
æquale partium debet, aut utrobiq; esse
quiessens aut utrobiisque æqualiter mo-
tum quia si in una parte ponatur quiess-
cens & in alia motum non sunt æqualia
in ordine ad transitum quanvis absolu-
te sunt inter se æqualia,

Deinde soluit alia duo argumenta, qui
bus motus negari solebat, quæ licet Ze-
noni adscribantur ab aliquibus, id tamē
non placet Toletū & est primum si esset
possibilis motus saltim inter contradic-
toria, ut a non albo ad album, sequere-
tur, quod daretur medium intercontra-
dictoria, consequens est fallum, ergo,
probatur, quando res mutatur nec est in
vno termino nec in alio sed ponuntur eis
contradictori, ergo erit aliquid subiectum
eiusdem ex contradictoriis cōueniat
nec album nec non album. Respondet
Aristoteles negando consequentiā, nā
inquit, quod tale subiectum tunc erit
partim album, partim non albū quia ni-
hil inquit vetat quod aliquid dicatur al-
bum quāvis habeat alias partes albas
tantum ergo esset inconveniens quod ita
tum non esset album, nec non album.

Secundum argumentum potest fieri,
quod aliquid moueat localiter, & ta-
men nec mutet locum secundum se to-
tum nec secundum partes sed circa idem
semper voluantur ut patet in motu sphæ-
ræ, ergo iam motus circularis de medio
auferitur hoc vero ablato necesse est om-
nem auferri. Quod si dicas adhuc motū
circularem tunc esse, sequitur quod ali-
q; simul moueat, & quiesscat, moueat
quia habet motu mecircularem, quiesscat
quia non mutat locum, solvit argumen-
tum, primis negando q; partes non mu-
tēt locum imo singulæ illarum mutant
locum cum non semper correspōndent
eiudem partibus continentis, ut v. g.
partes. Sphæræ non semper correspōndēt eiudem partibus non, sed vbi erat vna
pars sucedit postea alia, & alias cōdū ne-

gat quod ipsum totū non mutat locum
& h̄c de hoc capite.

C A P . D E C I M V M .

V. indiuisibile posſit moueri.

I Ncentivū Aris. in hoc cap. est determina-
nare ut uā indiuisibile posſit moueri
& primo determinat quomodo posse;
secundo quomodo non posse. Ad primā
partem deueniendo primo tolit æquino-
cationem dicendo se loqui de indiuisibili-
bus in quantitate ut de linea, & puncto
&c. non vero de reliquis indiuisibilibus,
vel secundum formam, qua ratione spe-
cies ultima dicitur indiuisibilis in plures
species vel secundum indiuidua qua ra-
tione potius dicitur secundum indiuidū
indiuisibilis, quia plura indiuidua nō po-
test diuidi, dicit ergo quod indiuisibile
in quantitate potest moueri per accidens
ad motū quantitatis in qua est non eo
modo quo pars dicitur moueri per acci-
dens ad motū totius quia huic correspō
det suus partialis motus ita quod a toto
separata possit perse moueri sed potius
eo modo quo nauta dicit moueri ad mo-
tū nauis absq; eo quod aliquis motus par-
tialis adhuc ei respondeat per motū pā-
cisse respondentē nauī & sicut accidens
dicitur moueri ad motū subiecti sine a-
liquo motu ei correspōdente & ita q; nō
possit a subiecto separari, aut separatum
perse existere, & quod partibus correspō
deat partialis motus proprius diversus a
motu totius, vel reliquarum partium, pro-
bat aperte in partibus circuli quis si su-
mantur illæ, quæ propinquiores sunt cō-
tro moto tardiori mouent quia breui-
tē circulū describū remotioni vero ma-
jorē describunt circulum & ideo tardius
mouentur, & iterum repetit indiuisibile
moueri per accidens sicut accidens in sub-
iecto nullo autem modo perse adhuc ut
partes.

IN secunda parte probat q; indiuisibile
separatū non possit moueri motū localis,
vel alio, quia si mouetur ab vno ter-
mino

mino in aliud, in aliquo tempore debet moueri, tunc sic vel in illo tempore est in solo termino a quo, vel in solo termino ad quem, & ita sequitur quod virtobique quietescit, quia se habet eodem modo, ac ante, si vero est partim in uno, & parum in alio, ergo iam indiuisibile erit diuisibile, & habens partes, nec potest dici, q̄ moueatur, & nullo modo sit interminis cum motus sit transitus ab uno termino ad aliud, & quia posset aliquis dicere quod tempus componitur ex instantibus & ita quod in illis mouetur indiuisibile separatum, hoc primo reicit dicens esse impossibilem talem compositionem, vt vidimus supra.

Secundo quia in quolibet instati esset mobile mutatum & in nullo esset motus, unde sequeretur ipsum motum cōponi ex mutatis esse quod est impossibile, cū sit motus continuus & mutata esse sint indiuisibilia, secunda ratione hoc reicit quia omne mobile trancendit aliquod spatiū se maius transit prius perspatiū minus & sibi æquale quam per maius, ergo si punctum. v. g. per spatiū se maius ut per lineam, transit prius debet transire vel minus se quod est impossibile cum sit indiuisibile æquale sibi, sed nec hoc est posibile, ergo nullo modo potest indiuisibile separari moueri, probatur minor, quia si punctum pertransi totam lineam semper tangendo sibi equalia scilicet p̄ta, ergo linea componitur ex punctis, consequens ut patet est falsum, ergo, probatur sequela, quia pertransitur tota a solo punto solum tangentie in punto, ergo ab illo solo mensuratur a etate, & ita passiva mentura illi correspondens, cum debet esse homogenea tantum erunt a alia puncta.

Tertio idem probat deducendo ad hoc inconveniens, quod tempus & motus non essent aequalia sed daretur aliquod tempus minus omni motu, ad quod supponit omnem motum esse in tempore, & omnem tempus esse diuisibile, tunc sic moueat istud indiuisibile ab uno indiuisibili

in aliud iste motus in tempore diuisibili erit ex suppositione data, ut talis motus diuisibilis non est, quia in uno solo indiuisibili non potest esse, sed necessario in duplice, tunc sic totū illud tēpus est equale illi motui, ergo pars illius temporis erit minor, quia pars est minor totū, sed talis pars est tempus, ergo datur aliquid tempus minus omni motu, cum talis motus indiuisibilis sit, ex quo sequitur aliud absurdum quod ita moueat aliquid in aliquo tempore, quod in minori non possit moueri minus nisi indiuisibile dividatur, quod est absurdum.

Et quia posset aliquis dicere, quod ille motus a punto in punctum erit in istan ti hoc reicit dicens esse non posse, quia sequeretur motum componi ex mutatione esse, & consequenter quodvis continuū ex indiuisibilibus, deinde ne aliquis colligatur ex his, quia de mutatione diuisiōnum suerē dicta mutationem esse infinitam inquit mutationem esse actu finitam ita ut sit ad extrema finite distantia & probat, quia omnis motus, vel mutatio est a contrario in contrarium, vel a contradictrio in contradictrium, sed talia extrema habent in se finitam distantiam, ergo & in se mutations sunt finitae quia singulæ non sunt extra sua extrema, & in augmentatione vbi erat difficultas explicat quinam sint termini & dicit extrellum augmenti vel eius terminum esse illam quantitatem maximam, quam potest unumquodque attinere secundum naturam, terminum vero diminutionis, ait esse huius remotionem quasi dicere termini sunt maior & minor, de motu vero locali, qui secundum voluntatem sic cum non constet extrema esse determinata, alio modo probat non posse infinitum esse hoc modo ille motus est impossibilis cumus mutationem est impossibile, nam ad hoc reducitur omnis motus, sed per motum infinitum impossibile est esse mutatum, ergo est impossibilis motus localis infinitus, & maior inductione probatur quia

impossibilis est generatio ubi est genitus esse impossibile, impossibile est si est ubi factum esse est, impossibile, ergo similiter impossibilis est motus cuius, motus immutatum esse est impossibile, sed quia impossibile dicitur dupliciter quod egre & difficulter erit, & quod nullo modo potest esse, ideo dicitur de hoc secundo impossibili loqui quia hoc est proprium impossibile, concludit ergo, quod cum sit motus nec aliquid mouetur, nisi possit secundum talen motum esse mutatum non erit motus infinitus cum non habeat finem, ut secundum illum possit dici mutatum.

Demum ostendit quomodo possit reperiri infinitas in mutatione, dicendo quod in una parte, quae ad determinata extrema terminatur non potest esse infinitas, in una tamen per accidentem, prout per contiguationem ratione temporis potest esse infinitas vel in alteratione succedat generatio, & generatione, augmētatio & haec latio, & iterum generatio, ratio est, quia hic non est una mutatio secundum extrema, at in unico motu continuo hoc non potest fieri, excepto motu circulari qui infinitas dicitur, ut octavo libro dicimus, quia in eo sunt quoddammodo plures motus & circulationes quanvis præter illorum continua, etiam unius dicitur & hæc de hoc cap.

ANNOTATIONES circa literam.

PRIMVM Dub. textus est erga ca. g. tex. 67. cur Aristoteles diffiniendo ipsum quiescentes tot partes addiderit ex parte mobilis dicendo tunc aliquid quiescit cum non mouetur, & erat aptum sic moueri tali loco & tempore. Responderet quod id fecit ad ostendendum quod quies non negatio aut priuationem motus est circumstantis distis unde per illam particulam aptum moueri, distin-

guitur quiescentes ab immobili quia licet non mouetur non quiescit quia moueri non est aptum sed addidit sic aptum moueri quia ponit quous in deo dicitur mobile quia mouetur sed ab eo quod potest habere & non habet, unde etiam licet absolute si aptum moueri hoc non est si in loco mouetur recto dicitur quiescente quia tali motu non est aptum moueri, & dicitur tali loco quia licet aliquid sit aptum moueri & motu recto, quia in puncto spati non potest moueri quia non est locus in quo possit motus fieri, ideo ibi non quiescit & rursum dicitur & tali tempore quia licet sit aptum moueri & tali motu & tali loco, sed tamen si hoc totum summatur in instanti quia in hoc non est aptum moueri non erit illa continua motus quies priuatione, sed ab eis necessario esse in tempore, in quo motus est possibilis cum reliquis circumstantiis ut sic dicta quies.

Secundum dubium est erga textum 74. eiusdem capituli quid Aristoteles intelligat quando ait cum aliquid mouetur in aliquo tempore primo & adequa-to in nulla parte illius potest madere in aliquo loco sibi æquale aut in aliquo gradu formæ secundum alios motus, sed sibi permutat alium & alium locum & est sub alio & alio gradu formæ. Respondetur notando quod dicitur tempore primo vel adæquato quia si sumamus tempus non primum vel excedens potest fieri quod in una parte illius aliquid mouetur mutando semper æqualia loca & in alia parte sicut motu permaneat in aliquo sibi æquali ut si ego modo mouear in gymnasio, quia in aliqua hora huius dicitur mouetur in alia hora motu finito possum permanere in aliquo loco æquali, & ideo Arist. addidit quod in aliquo tempore primo vel adæquato mouetur in nulla parte illius potest permanere in aliquo sibi æquali loco.

Secundo est notandum quod dicit in loco æquali & adæquo toti. immobili, quia in maiori bene potest permanere quia ille

maior

major ambigit omnia loca & equalia; que
mutari dum mouetur & debet proportio
nabilitate intelligi quia si mouetur secundū
duo se totum non potest prossilitē pote
manere in aliquo sibi & equali & si secundū
dum partem non potest manere in ali
quo loco & equali parti motu, sed semper
quod mouetur secundum id quod moue
tur & in illo ad eum quarto reporte in uno ibi
ad eum loco non potest manere, sed
aliud & aliud debet sepe mutare & is est
tensus Aristi in illis verbis ut in hoc dub.

Tertium dub. est erga cap. 9. rex. 83. quo
modo Ari. dicat id quod de non albo mu
tatur in aliquā partem esse sub non albo
& partim sub albo cū sūmā eandem partem
possit aliquid mutari praeceſſe, at non est
possibile illam simul habere sub albo,
& non albo. Respo. not. quod ad albedinem
potest dupliciter aliqua mutatio terminari vel secundum intensionem in eadem
parte illam albedinem magis, ac magis
radicando in subiecto & adhuc motum
certum est q̄ nō requiritur unam partē
mobilis esse sub uno termino & aliā sub
alio & iamē hoc probat obiectio, & de
hoc non loquitur Arist. Secundo modo
potest mutatio ad albedinem terminari
extending illā per diuersas partes sub
iecti & ad hunc motum extensionisicut
ad localem requirent unam partem mo
bilis esse sub uno termino, & aliā sub
alio, rursus non loquitur Aristoteles de

mutationibus instantaneis in quibus mu
tari & mutatum esse sunt simul quia in
his tantum est mobile sub termino ad
quē in illo instanti quo est mutatio: fuit
tamen in termino a quo in illo tempore
prædicti et vidimus primo libro tracta
tu an priuatio sit principiū rei naturalis.
Quartum dubium est quomodo Arist. di
censib[us] an circulariter motu non se
cundum partes, sed secundum se rotā mu
tard locum cum non quam talis sphaera
exeat ab uno loco in aliud. Respondeatur
cum Toleto, quod inter eundem circu
lū possumus plures totales circulos ima
ginari inuenient se incidentes si aduer
sis punctis incipiamus. & hac ratione cor
pus circulare quod interius mouetur di
citur cum mouetur diuersos istos circu
los transire quomodo est in illo qui in
cipit, v.g. ab A. modo in illo qui A.B. &
hoc sensu patet habere verum propter.
A. quod sphaera circulariter motu secundum
se totam mutat locum id est mutat
istos totalem circulos sed quia isti se adia
uicē includunt ideo absolute nōconcedi
tur quod tale corpus secundū se totū mu
tet locū sicut etiā in motu recto contin
git quia possum ego a aliquo modo muta
re locū quē habeo ab illo parū recedēdo
ita quod nō deseram rotum priorem, &
hac ratione ista loca dicuntur se inclu
dentia & ob hoc nō simpliciter diuersa,
quoniam & hoc de hoc capite.

SVPER SEPTIMVM LI brum Arist. Physicæ auscultationis

Commentaria vna cum questionibus.

AUTHORE P. F. PETRO DE ONA

Burg Sacrae Theologiae Presentato.

omniām in aliis aliis tunc omniām & aliis
accordantibus aliis beli signis 24 mōs

DE hoc lib. dub. est apud Autores auct. Art. & ratio dubitandi est quia aliqui quæ hoc libro docet repetit lib. sequenti vnde valles in commento inquit illum fuisse extractum, ex quibusdam codicibus Aristoteles, nondum limatis & ad formam libri redactis & ita Themist. & simp. & alijs veteres illi⁹ interpretationem omisserunt, sed quia S. Thom. ex alijs expositib[us] vissus est A. d[icit] h[ab]et & illum interpretantur nō erit an vtile breuiter hoc persicere.

Inten[dit] Ari. in eo est ponere quæd[am] in præludia & principia necessaria ut sequenti lib. possit agere de principio effectu motus & hoc facit in prima parte lib. in secunda agit de comparatione unius motus ad alium.

S V M M A T E X T V S .

C A P . P R I M V M .

Omne quod mouetur ab alio mouetur.

INtentum Ari. in hoc capite est probare quod omne quod mouetur ab alio mouetur in prima parte ponit duo theoremata in secunda vero ponit tertium in prima parte primum theorema est quod hic intendit prouare omne quod mouetur ab alio moueri & hoc probat primo inductione in hiis quæ mouentur quia si moueantur motu violento ut mouentur proiecta a principio externo ut pater mouentur & ista ab alio si vero motu naturali ut viuentia adhuc dicit moueri ab alio quia diuiduntur viuentia in duas partes alteram per se mouentem & alteram per se motam ut vna moueat ab alia, & hac ratione dicitur mobile moueri ab alio ratione dictæ partis ita quod si nauta mouet nauim & rursus per accidens motu nauis dicitur moueri vnde si est ignorantia dicere quod non mouetur nabis ab alio quia mouetur a nauia intra se clauso paratione inquit est

ignorantia dicere quod viuens non mouetur ab alio quia monet a parte existente intra se quia esse non diligenteri[us] a parte deinde id probat ratione ad quam tria supponit principia.

Primum est quod mouetur omnino a se nō pendet in suo mouo ab alio & itaq[ue] uis aliud cesser moueri non sequitur. Q[uod] istud debeat cessare secundum principiu[m] est econtra quando aliquid cessat moueri quia illud extra ipsum cessat moueri tunc non a te sed ab alio mouetur.

Tertium principium id quod mouetur diuisibile est modo sic formatur ratio seclusi literis qui illam obscurant omnino quod ita mouetur ut alterius quiete quiescat non mouetur a se sed ab alio (ut patet ex duplice principio adducto quia id in hoc motu pendet ab alio) sed omne q[uod] mouetur est huiusmodi, ergo probatur omne quod mouetur est diuisibile in plures partes ut vidimus per tertium principium tam sic, vel vna carum quiescente adhuc mouetur secundum totum vel non non primam quia inde sequeretur, quod simul moueretur secundum se totum quia ita supponitur & non secundum se totum quia tantum mouetur secundum vnam partem ergo debet dari secundum quia ex quiete vnius partis cesset ille motus totius secundum se totum ergo iamille motus non a se sed ab alio est ex cuius cessatione cessat.

Inferit ex hoc secundum particulare theorema omne quod mouetur localiter ab alio debere moueri, & illud ab alio & sic deinceps ex hoc tamen non sequitur inquit processus in infinitum quia deueniendum est ad aliquod primum mouens omnino immobile & non probat dictum theorema quia iam fuerat in communi probatum sed hoc quod addidit non esse processum in infinitum in mouentibus ad quod supponit tria principia primum est quando vnum mouetur ab alio moto simili utrumque mouetur probatur quia quando istud mouetur debet mouere aliud a quo mouetur quia sunt simul motum & mouens sed tale mouens mouet in qua-

in quantum mouetur ergo quando mo-
uer debet moueri & ita de primo ad ulti-
mum debet simul utrumque moueri.

Secondum principium quilibet motus
horum est finitus in se & unus numero
quam mouile in quo est & extrema in-
ter que versatur sunt finita quantitas es-
sent numero infiniti propter infinitatem
subiectorum, occasione quod dixit illos
motus in se esse unos numero dicit mo-
tum posse esse tripliciter unum numero
specie & genere unus numero est quan-
do ab uno termino a quo ad unum termi-
num ad quem in uno & non in terrupto
tempore per quieten sit unus genere,
quando est ad terminum unius praedicame-
ti unus specie quando est ad terminum
unius speciei de quibus late in quinto libro
modo reveritur ad suum institutum &
ponit tertium principium quilibet mo-
tus finitus debet esse tempore finito im-
ponens nomina hys motibus & tempo-
ribus per literas sed hoc totu magis con-
fundit modo ex hys format ratione mo-
tus unius mobilis horum quod alio mo-
to mouetur est tempore finito sed reli-
qui omnes simul sunt cum hoc per pri-
mum principium ergo omnes isti moti
sunt tempore finito ergo in hys mouen-
tibus & motis non potest esse processus
in infinitum alias motus infiniti erunt
tempore finito quod est absurdum & pa-
rum inquit rescribere quod illi motus in-
ter se sint aequales, vel inaequales quia se
per est idem inconveniens infinitus mo-
tus esse tempore finito.

Sed quia posset aliquis obiecere dicendo
quod motus unus rei si infinitus est re-
pugnat fieri tempore finito ac cum plu-
res sunt motus in infinito mobilibus no
repugnat infinitos motus esse tempore
finito sicut nec repugnat plures motus
esse simul & eodem tempore quod sunt
indivisi subiectis hanc excludit obiec-
tione dicendo quod id quod ab alio mo-
tu cordeco moto mouetur localiter de-
bet esse illi coniunctum, vel per conti-
nuitatem, vel per contiguitatem & cum
non occupent minorem locum continet

quam contigua ponamus maius illa mo-
bilis continuari eodem umilitate tempo-
re mouebuntur & tamen post continua-
tionem iam est effectum unum mobile
cui unus conueniet motus infinitus ex
illis infinitis conflatis ergo iam motus
infinitus erit tempore finito, sive illud
mobile ponatur finitum sicut infinitum
quod omnino repugnat ergo deuenien-
dum est mouentibus ad aliquid primu
auerendo processus in infinitum ex quo
sequitur si inconveniens allatum & quia
poterat aliquis dicere hanc ratione non
concludere, quia supponit hoc fallum,
quod omnia illa mobilia sint continua
hanc obiectionem rejecit Arist. dicendo
quod cum illud sit possibile bene licet va-
ri hanc suppositione quia possibile posito
in esse nullum sequitur inconveniens, unde
vis argumenti stat in hoc ex eo quod
sint mobilia infinita, & continuantur,
quod est possibile sequitur quod motus
infinitus sit tempore finito, quod est im-
possible sed unum impossibile non po-
test sequi nisi ex alio ergo cum dicta co-
tinuatio sit possibilis infinitas illorū de-
bet esse impossibilis ut hoc secundū im-
possible ponat.

Deinde declarat quomodo mouens &
motum debent esse simul & primo dicte
se loqui de mouente efficienter, quia
mouens finaliter bene potest distare a re
qua propter illum mouetur immoita sit
communiter secundo inquit quod mo-
uens & motum esse simul est, quod non
sit inter ipsa medium ita ut le tangant
verum vero concludant istae rationes da-
ti primum mouens immobile, & omne
quod mouetur ab alio moueri libr. 8. la-
tius dicetur, & haec de hoc capite.

CAPUT SECUNDUM

*Mouens, & motum debent
esse simul.*

K 5 Inten-

FP de Oñā com. super vniuersam Physi. Aris.

INtēnum Arist. est probare quod motus iuens & motum debet esse simul, & facit duo. Primo hoc ostendit, secundo in motibus alterationis & augmentationis.

Ad primam partem debeniendo hunc motu locali, probat omne quod motetur localiter vel ab extrinseco, vel ab extre-
mō se in quietur, sed in quois hōrum mouens, & motus sunt simul, ergo in
omni motu locali patet prima pars mi-
nor in his quae mouentur ab extrinseco,
quia cum in illis mouens, & motus sint
partes unius comparsit certum est quod
erunt simul, secundum la vero pars quae estili
ficitur quod scilicet in motu ab extrin-
seco sunt simul probat distinguidos
motus ab extre-
mō se in quietor quos pos-
ita redit ad duos, sunt ergo quietor
pulsio, tractio, vertio, vertigo, pulsio est
motus quo aliquid in aliud pellitur vel
se ut quando se quis, in mare proiect. l.
autri se deject ab alio vel liber vel lapis
a manu proiectur sed huius duplex est
species ut quando id quod pellit non re-
mouetur a pulso in toto motu & expul-
so ut quanto de serit ipsum pulsum, sed
huius spallionis adhuc est duplex species
alia dicitur proiectio, quando scilicet id
quod pellit licet relinquat pulsum sedta
men maiorem illi motū imprimit, quā
sua natura postulat ut si aliquis lapide
maiori velocitate faciat descendere per
impulsum quam in sua natura descendere
alia non proiectio quando etiam remo-
uetur a pulso sed fortidem ei motū nō
imprimi scilicet illud relinquit ut sua natu-
ra mouetur tractio vero est quando al-
iquid ad se vel ad aliud aliquid adducit,
maiorem motu quam secundum naturam
veniret quia si suo motu aducit ipsares
venit non trahitur sed huius est duplex,
societas alia quae dicitur attractio quando
ad se adducit alia quae ad aliud & hec
erat extensio ad quos duos motus tra-
ctionis & pulsionis multos alios reducit
quia inspiratio tractio quædam est & ex-
piratio expulso & similiter operationes
illarum quibus virtutis naturales alimentū

accipiunt & ex remota illius expellunt;
sicut in latario & spatio, divisione, &
delaceratio, & deniq; cōmōntū & reac-
tiones possunt fieri congregatiōnes quia
id quod in motu & mouetur communiqua-
tur vel congregantur pulsiones vero dis-
gregationes quia e contrario disiunguntur
& disgregantur mouens, & mobile ver-
tigo est motus circularis quo trahitur
rectio vero motus quo pondera ferun-
tur supra alia hanc vero rectiōem re-
ducit ad tractionem, vel pulsionē quia id
quod velhatur nō mouetur motu proprio
sed alterius supra quod in quo est; unde
si istud pellitur trahitur aut vertitur si-
militer pondus supra illud rectum ver-
tigo etiam a tractione & pulsione nō di-
fert immo ex utrisque conflatur nam quod
circulariter fertur secundum unam par-
tem recedit a mouente & ita talis motus
est pulsio & secundum aliam accedit &
ita est tractio unde si in omnibus hijs spe-
ciebus motus ab extrinseco mouens, &
motus sunt simul in omni motu erunt
similiter & quia maior difficultas erat in
motu proiectoris cum in hoc mouens,
videatur non esse simul cum mouet ideo
in hoc probat simul esse ad quod definit
pro actionem, dicens esse motum quo
res vehementius mouetur quam sua na-
tura postulat & quod mouens maiorem
vī & impetum illi imprimit & maiori
vī illam a se expellit unde tantum durat
ille motus quo durat illa expulso & haec
ratione medio isto impulso colligit mo-
uens esse simul cum motu & ita genera-
liter mouens, & motum in motu locali
esse simul.

In secunda parte hoc ipsum probat in
motu alterationis & dicit se loqui de vi-
timo alterante & primo alterato quia a
liquando prius alterans & ultimum
alteratum distant ut quando ignis a so-
ge calefacit ultimum ligni prius alia
intermedia calefacienda unde debet sus-
cipi ultimum alterans ut est aer calefa-
ctus proximus ligno, ut si simul cum
alterato ligno immo alterans ultimus, &

primum alteratum non secundum ser-
ta debet esse simul, sed secundum vici-
mam partem, alierantis & primam in alte-
ratuliter quod nunquam fiat alteratio
hoc aliquo contactu alterantis & altera-
ti qui secundum eorum extrema debet
ferri utrumque hoc probet dubius ponit
alterum nisi quae dicuntur alterari alterum
in quibus accidat alteratio, et ergo, q
in qualitatibus sensibilibus accidit alte-
rari, & hoc est quod dicit alterari quale
et sensibilia, sunt autem qualitates sensi-
biles albedo nigredo &c. & hoc est quod
dicit quae sunt passiones subiectae quali-
tatis, & quae sunt termini harum passio-
num, vocat enim terminum subiectum
per quas qualitates dupliciter differunt
corpora; aut quia illas habent diuersos
in specie aut quia illas participant secu-
dum magis & minus, secundo declarat
quae dicuntur alterari & haec sunt om-
nia corpora tam animata, quam in
animata, & partes animatorum in ani-
mata & vngues & capilli haec enim om-
nia calefunt & frigescunt reliquias patiu-
tur alterationes secundum aliquas qua-
litates aliam peculiarem alterationem
dat animalibus circa eamque habent il-
la quae non sunt animalia nempe senti-
re quia animalia habens omnes altera-
tiones quas habent non animalia eas quae
accidunt nobis illas non sentientibus &
vltra has habent sentire quod est alia no-
na alteratio qua carant in animata & q
sit sentire alteratio probat quia sensa-
tio nisi in corpore patiente, i. organo en-
su recipiente spiritus sensibus ex hijs
omnibus format argumentum ad proba-
dum suam intentionem & est alteratio
sit secundum qualitates sensibiles quae
sunt cibaria sensus sed hec agunt per mo-
dum illis contiguum ergo inter alteras
vtrium & alteratum primum nullum
est medium ostendit hanc medijs conti-
guitatem dicendo quod corpori in quo
est subiectus color est cōtingens aer & si
militet visus & sic lumen agit in corpus
& superficiem per aerem contiguem, &

color similiter per aerem in visum &
ita in reliquis sensibus similiter in aug-
mento & diminutione docet mouens &
motum debere esse simul nec loquitur
de augmento viuentium quia cum hoc
fiat ab intrinseco certum est quod au-
gens & actum sint simul sed de augmen-
to non viuentium quia sit per additione
sicut & diminutio per ablationem & eti-
am in hoc ait augens & augmentum dimi-
nutum & diminuens debere esse simul
ex quibus omnibus colligit quod ultimus
mouentis & primum moti se tangunt
eundum ultimas superficies & ita quod
mouens & motum sunt simul & haec de
hoc capite.

CAP. TERTIVM. Ad qualitates tertie speciei tantum est alteratio.

INTRITUM Arist. in hoc capite est pro-
bare quod ad solas qualitates tertie
speciei sit alteratio in primam partem capi-
tis probat qualitates quartae speciei
non esse alterationem in secunda parte
idem probat de qualitatibus primis:
ad primam partem deueniendo cum
ratiuncula ante probasset alterans, &
alteratum esse simul in qualitatibus
tertiae speciei modo reddit rationem
dicens eam esse quia ad has tantum
est alteratio & prætermissa secunda spe-
cie de qua erat certum quia est cum ipsa
substantia rei a principio generatio-
nis coniuncta & cum ipsa simul sit & ita
nec sui priuationem aut contrariū prius
tempore præsupponit in subiecto sicut re-
quiritur ad mutationem, vel motu imper-
se terminandum ad quartam speciem qua-
litatis scilicet formam & figuram pro-
batur non esse per se alterationem a figura-
ris incipiendo quibus id magis videba-
tur in esse cu aliquia fiat acquisito vel re-
motio earum productione: sed hanc moni-
tem in

nem inquit non terminari per se, primo ad figuram sed in dotatione, v.g. vbi partes detrahuntur per se terminatur ad partes ablatas secundario vero ad figuram consergentem ex tali detractione, sicut e^{cō}tra in actione pingendī motus per se terminatur ad illos liquores, appassito per motum localem aut accidentia, alia per alterationem ibi causatā, secundario vero ad consurgēnē figuram sicut per se primo terminatur dealbatio ad albedinē & ad similitudinem secundario, & probat dupli ratione quarum prima est qualitas ad quam est per se alteratio æquiuocæ prædicatur de subiecto suo, ac contra subiectū de illa sicut enim dicim⁹ homo est alb⁹ ita cōtra albū est homo es est humidum, humidum est xs , et qualitates quarta speciei non equiuocæ prædicantur de suis subiectis, ergo ad illas non est per se alteratio probatur minor quia dicimus es est statua non tamen contra statua est xs sed potius ærea argentum est, phyla non tamē cōtra, sed potius phyla est argentea & hoc vocat prædicari in ḥ æquiuoce idest non æqua voce, primū re ḥ æquiuoce idest æqua voce unde nonsumentur æquiuoce ut distinguuntur contra æquiuoces, secunda dñabatio est quod sit non alteratur quia alteratio est rei iam facte & præexistens at quod sit nōdūm est sed cum res comparat formam vel figuram absolute sit, ergo secundum causas non alteratur.

In 2. parte probat quod ad qualitates pri mæ speciei sicut sunt habit⁹ nō sit per se alteratio, & ut declarat quid est illud ad pōsequeb̄ supponit, & incipit ab habitib⁹ corporis & probat hac ratione omnis habitus sive virtus, sive vitium sit est ad aliud sed ad ea quæ sunt aliquid non est per se generatio vel alteratio ergo nec ad prædictos habit⁹, maior sic istēdit de sanitate, quæ est habit⁹ corporis dicēdo q̄ cōmēsuratio calidorū & frigidorū, aut eorū, quæ ad initia sunt aut ad conti nēs de reliquis habitibus corporis probat quod sint ad aliquid quia sunt dispo-

sitiones præstari & perfecti ad optimū ut sunt robur & matus (postea latius hoc declarabitur in dub. text.) & de virtutib⁹ moralib⁹ id probat primo sic, ad id per quod aliquid perficitur non est alteratio sed per virtutes perficitur homo, ergo ad illas non est per se alteratio, probatur minor tunc a iquid maxime perficitur cum attingit summum suæ naturæ sed homo per virtutes attingit summum suæ naturæ ergo per illas perficit non est ergo alteratio ad virtutes, imo nec ad opposita virtutē, sed horum inuestigantur sunt corruptiones. Secundo probat quia etiam istæ virtutes sunt aliquid & præsupponunt aliquid in quo sit alteratio & ad id quod ipsæ sequuntur, ergo ad eas non est per se alteratio & ut declarat quid est illud ad quod consequuntur, supponit illas esse impossibilitates vel passiones moderate quod vocat paſtib⁹, ut sic primum dicitur propter Stoicos, qui putabant ad rationem virtutes morales requiri quod esset omnino enerbitat & ratiocinate passionis, secundum dicit propter Peripateticos qui dicunt sufficere illas esse temperatas & lucatas viquādo insurgunt a ratione domentur, sed q̄ cunque horum sit ad hoc institutum parum refert quia in virtute; opinione est verum quod virtus moralis cōsurgit ex virtute passionum & hoc est quod Aristoteles docere cum ait totam virtutem moralē possitam esse in voluptatibus, & tristitia dicit autem tristitia, & voluptatem esse in sensu & hoc posse triplices intelligi vel accidere, vel secundum actum præsentē aut secundum memoriam præteriti vel speciem futuri & demū colligit primo alterationem terminari, ad has passiones, non vero ad virtutes quæ illas consequuntur.

Quarto idem probat de habitibus intellectus quia scientia est ad aliquid, & ex alterius alteratione provenit scilicet sensus quia ex partium & singularium experientia quæ est in sensu colligit intellectus uniuscāle illud cōtēns absque alia altera-

alteratione, vel mutatione quam illaque sunt in sensu & particula tunc, id ostendit in scientia quæ duplex est alia quæ est in homine iam docto & scienti i leit quæ presupponit habitum scientiarum & alia que antecedit per quam scilicet fit homo dominus dicit ergo quod nec ad primam nec ad secundam scientiam est per se alteratio, vel generatio sed consequitur ex alteracione in alio factam, & id probat exemplo dormientium ebriosorum, & aliorum male habentium, in quibus omnibus facta alteratio vel mutatione in corpore per quam peccantur humores sive rationes & ratis sive disciplina & alijs exercitiis sine aliqua alia alteratione in anima est ipsum intelligere & scire, & ita concludit caput dicendo ad solas qualitates sensibiles das per se alterationem, & hæc de hoc capit.

C A P . Q U A R T U M .

De comparatione unius motus ad alium.

